23 ¶ Utrū peccator teneatur de necessitate confiteri peccatorū circunstātias. ſ. ſm Sco. in. iiij. di. xvij. ar. ij. q̄ nō solū peccatū est ꝓfitendū: ſz ēt circūstantia illa necessario ē confitenda que spāli prohibitione ꝓhibeꝫ: Vbi gratia cognoscē non suā ꝓhibeꝫ cognoscere ꝓsanguineam prohibeꝫ specialit. ⁊ ꝯ incestus est speciale peccatū qđ per ipsam ꝓstituitur. Similiꝫ frequentia est necessario ꝓfitēda. Silr ponēs aliud peccatū: qz q̄libet vice nouū peccatū cōmittit. Dicit tñ Archid. vt refert Dir. q̄ sufficit dicere se multotiens peccasse ⁊ de similibus idem iudiciū habeaꝫ. Alie aūt circunstantie ex quibus aliquo modo peccatum est grauius: vel ex parte obiecti non est certū qđ oporteat eas confiteri ꝯz uis cōmunis opi. theologorum teneat qđ non sunt de necessitate: tutuz tamen est ⁊ vtile eas confiteri maxime q̄ nōbilit aggrauant nō in peccatis carnalibus in quibus ſm Tho. i. iiij. di. xvij. laudabile est circūstantias tacere q̄ spēm nō mutant: ⁊ audiētē vel ꝓfitētē aliciunt ad turpitudinem ꝛz aggrauent peccatum immo possent esse ita prouocatiue q̄ necessario essent tacende. Alie autem circunstantie que nihil faciunt ad grauitatem peccati fatuz est cōfiteri: nisi ſm. S. Bo. quando faceret vt sacerdoti satisfaceret. puta comedit carnes in. xl. ex infirmitate ⁊ huiusmodi. de huiusmodi circunstantijs dicit Aug. de pe. di. v. ⁊ sumuntur ab Ari. iij. ethicorum. c. iij. Quis: quid: vbi: per quos. cur: quoties: quomodo: quā do: Quis. ſ. si religiosus vel secularis. Quid. ſ. fecisti furtum vl̄ homicidium. Vbi. ſ. in quo loco. ꝟPer quos. ſ. an solus vel associatus per se an per alium. Cur ſ. quo animo: qua intentione. Quoties. ſ. semel vel pluries. Quomodo. ſ. an naturaliter vl̄ contra naturam. an preuentus a tentatione aut potius ipsam preueniens. Quando. ſ. an in die festo vel iciuniorum. Et de istis vide. s. Circūstantia quando. ſ. mutet spēm. Et iō aduerte q̄ circūstantia. quis ē necessaria. vt. ſ. cōfessor sciat si ē sui fori vel nō. si ē cōiugat⁹ vel religiosus. Et propterea semper pri⁹ ē querenda. Circūstātia quid. Silr. circunstātia. Cur. aliquādo ē necessaria quando speciali prohibitione prohibeꝫ. sicut cū quis facit elemosynā vt ꝓuocet ad luxuriam aliquē. alꝫ non. Circunstantia. Quotiens similiter est necessaria saltem ſm eam computationē quā quis facere potest. puta qz bis i hebdomada vel ter fecit cōiter. ⁊ perseuerauit per annum ⁊ huiusmodi ⁊ sufficit. Et hoc est tutius: ꝯz uis opi. Archid. predicta non sit improbanda. Circunstantia quomō. silr est necessaria qñ spāli prohibitiōe cadit. puta ꝛ nām ⁊ huiusmodi. aliter nō. Idē dic de circūstātia. vbi. puta in eccle/ſia quādo est aliquod opus. qz tunc est sacrilegiū Circunstantia Vo. Quādo videt cē de necessitate qñ fit peccatū die festo. De quo dic. vt. j. Interrogationes per totum.

¶ Quid de illo q̄ ꝓfitetur solūmodo ne reddaꝫ notatus in populo. ſ. q̄ si ibi constituit finis. non valet. immo tenetur iterum ꝓfiteri. Et tūc constituit finis qñ nullo modo confitetur si non 24

dubitaret de infamia. Secus quãdo nõ ꝓstituit finis. puta qꝛ cõfitetur pp deũ ⁊ ꝓpter remissionẽ peccatoꝝ. Inductus tamen ad hoc ex pudore vel timore ⁊ huiusmodi. Et idez dic de illis q confiteri coguntur a suis prelatis.

25 ¶ Vtrũ ille qui cõfitet aliqꝺ peccatũ ꝟ t videat strenuus ⁊ glorietur: satisfaciat. ſ. q. nõ. ſz peccat mortaliter sic ꝓfitendo. qꝛ tali dr. Quid gl'ta ris i malitia. ⁊c. Et propterea dz cõfiteri vt erubescat de peccato suo: nõ vt laudetur.

26 ¶ Vtz diuidẽs cõfessionẽ suã satisfaciat. ſ. fz Sco. vbi. ſ. q. nõ. sed oz oia non cõfessa tã secreta q̃z publica de qb⁹ memoriam hz p̃missa debita diligentia ꝓfiteatur vni: et si ille nõ posset cũ absoluere ab oib⁹ ⁊ habeat necesse de aliquo ad superioꝛz recurrere. aliter nihil faceret. vt pz. de pe. di. iij. sunt plures. ⁊ di. v. caueat.

27 ¶ Vtrũ peccata manifesta sint ꝓfitẽda. ſ. fm cõiter theo. in. iiij. di. xvij. q. sic. qꝛ licz sint nota sacerdoti: non tamen in forma iudicij nisi per cõfessionem.

28 ¶ Vtrũ peccata venialia necessario sint ꝓfutenda. ſ. fm Sco. vbi. ſ. q. i. ar. iij. q. nõ. et si nullũ habet mortale. qꝛ p peccatũ veniale et i propositõ nõ potest dãnari nec periclitari. ⁊ pnia ẽ secũda tabula. ꝑ periclitantib⁹. igit nõ obligatur ad eã nisi habẽs mortale. imo dicit ꝟPe. de pal. in. iij. q. nec etiam papa posset ad hoc obligare qꝛ hoc eet mutare sacri materiã. Dicit tamẽ. S. Bo. in. iiij. di. xvi. q. vlti. vex nisi rõe periculi ad qꝺ ducit q tunc tenet penitere quãdo periculũ aduertit. als nõ. Adde secũdo q tenet confiteri de veniali. qñ. ſ. dubitat an sit mortale. vt dicetur. ſ. Tertio tenet ꝓfiteri de veniali rõe ꝓfessionis. puta qꝛ ꝓfessus ẽ aliquã religionez que ad hoc obligat. vel ex voto tenetur obedire in omnibus que non sunt contra deum ⁊ aiam. ⁊ prelatus sic precipit. Nec obꝺ qꝺ dicunt quidam q non habens mortale tenetur saltem de veniali confiteri propter preceptũ ecclesie in. c. omnis. de pe. ⁊ re. qꝛ respondet Sco. vbi. ſ. q. si oia in d. c. distribuit. ꝑ mortalib⁹ solũ ⁊ non ꝑ venialibus. Et ita etiã dicit glo. i. d. c. Et sic tene q ꝺ perfectione est venialia confiteri bono consilio: nisi vt dictum est.

29 ¶ Vtrum confessio necessario sit facienda soli sacerdoti ⁊ a solo. ſ. q. sic. de necessitate precepti ecclesie i. d. c. ois. i Ỽ. solus. ⁊ i Ỽ. sacerdoti. ꝫ mlros sacerdotes q pueros q tenent ad ꝓfessionẽ i simul cõfitent quos nõ credo euadere mortale peccatũ cũ faciant eos preuaricari ecclesie p̃ceptũ. Dicit Ri. vbi. ſ. ar. iij. q. viij. qꝺ in articulo neceſſitatis. ſ. quãdo mors iminet de ꝑpinquo. ita q vn⁹ post aliũ nõ põt ꝓfiteri. lz plurib⁹ simul ꝓfiteri: nec per hoc euacuat virtus sacramẽti. Silr idẽ ibidẽ tz quod si quis vellet ꝓfiteri duob⁹ sacerdotib⁹ simul. vt certius cõsiliũ haberet q vere absoluit: ⁊ taliter audiẽtes non peccant. als sic. qꝛ faciunt cõtra preceptũ ecclesie. lz talis vere absoluat. qꝛ nõ ẽ tñ necaria solitudo ex pte sacerdotis sicut ꝓfitentis: vñ qñ ex feruore. ⁊ vt sit magis tranquilla eius ꝓcia duob⁹ cõfitet silr. illi pñt sine peccato audire ⁊ absoluere. Sco. tñ i. iiij. di. xvij. tz q cõfiteri simul plurib⁹ sacerdotib⁹ nõ est ꝓfessio sacramẽtalis qꝛ vnus est xp̃s quem sacerdos repreſentat.

¶ Vtruz ꝓfessio sit fiẽda cũ lachrimis. ſ. q. si lachria accipiat ꝑ ꝓtritiõe seu attritiõe q. sic. fm q. dico. ſ. De ꝯtritio. §. iiij. Vz g̃ dolere de peccato mortali ꝓmisso i ꝓterito cessare i pñti. abstinẽ saltẽ q̃ ad ꝓpositũ i futuro ⁊ satisfacere. put tenet alit nihil facit. Aduerte tñ fm Sco. vbi. ſ. dist. xiiij. q. vlti. q attrit⁹ ꝓfitẽs q̃z nõ hẽat actuz talẽ q sufficiat ad meritũ de ꝓgruo tñ hñs volutatẽ suscipiẽdi sacrm ecclesie: ⁊ fine obice peccati mortalis actualiter sibi facto: vel i volũtate inhe rẽtis recipit nõ ex merito sed ex facto diuino effectũ isti⁹ sacri i vltimo istãti. platiõis i q̃ est vis huius sacri. ita ẽt tz Tho. i. iiij. quol. q. x. dicẽs q nõ pfecte ꝓuersi aut attriti virtute clauiũ gr̃az cõtritionis acquirãt dũmodo non ponãt obicez spiritui sancto.

¶ Vtrũ bõ tenet statim ꝓfiteri peccato mortali ꝓpetrato. ſ. Sco. i. q. di. xvij. ar. iij. q. dubiũ ẽ alijs dicẽtib⁹ q sic alijs q nõ tenet. ſz tm i voto p aliquo tpe. ſ. sel in ãno nũc. sed añ. c. ois. solũ ante mortẽ. Et istud videt miti⁹ fm eũdẽ Sco. Et cũ ipo cõit cõcurrũt theologi. Sz magis mihi videt tuta opi. S. Bo. ea. di. ar. ij. q. ij. que vult vt religiosi non possint differre: ſz q habita oportunitate idonei ꝓfessoris tenent. De clericis nõ audet affirmare: sed tñ sibi videt idẽ dicẽ dũ q de religiosis. laici Ỽo si differunt pp maiorẽ oportunitatẽ tpis ⁊ ꝓfessoris vſq ad. xl. exeusantur. Si Ỽo talẽ oportunitatẽ tpis ⁊ cõfessoris haberent. ita q maiorem non sperant habere in illo ãno. tũc statim tenent nec pñt differre vſq ad annũ. Quo Ỽo ad votum confitendi omnes concordant q statim tenent oẽs tam religiosi q̃z clerici ⁊ seculares. Quod tñ limito quo ad preceptũ verũ qñ excitãt a gratia dei fm Ale. ſa ſe tractatu de negligentia. de quo vide. ſ. cõtritio. §. iiij. ſ. quando tenet cõfiteri de peccato. als non de precepto. Sunt etiam multi casus in quibus ꝓcordant doctores in quib⁹ homo tenet statim confiteri habita oportunitate quos ponit

31

Ri. vbi. s. ar. iij. q. vi. ℣rim⁹ quando vult cō
municare vel celebrare. vide. j. Eucharistia. iij
§. xviij. cū sequētib⁹. Idem dicit landul. ea. dis.
q. ij. qñ dz administrare sacramēta vel aliquē ac
tū solēnem i eccla exercere: puta legere euange/
lium ⁊ huiusmodi. Idem Tho. in primo quoli
bet. q. vi. ⁊ Jo. de nea. quando vult ordinē sa/
crum recipere. Sed hoc nō probaꝫ aliquo iure
nisi peccatum esset manifestū. Et sic lim. to ⁊ in/
telligo glo. in prin. de pe. di. v. que dicit q quan
do peccatū mortale est manifestū: statiz homo te
netur confiteri. Secund⁹ casus qñ est in pericu
lo notabili ⁊ iminenti mortis. vtputa q⁹ vult in/
trare mare per longū temp⁹ ⁊ periculosum iter:
vel bellum vel est infirmus infirmitate pericu/
losa. ꝓpterea precipitur medicis q cum eos ad
infirmos vocari ꝓtigerit vt efficaciter faciāt q
prius aduocent medicos spirituales de quo dic.
vt. j. Medicus. §. viij. Et aduerte ſm ℣de. de
pal. q tunc periculū mortis est quando qs est in
tali casu in quo frequenter hoies moriunt. Ter
tius casus est quando sibi dictat cōsciētia q sta
tim teneatur confiteri de necessitate. Quart⁹ ca
sus quando probabiliter videt q illo anno copi
am idonei confessoris habere non poterit q ipm
possit absoluere. Quintus casus ſi per statutuz
quis ē obligatus ad plures confitendū. vt sunt
religiosi ⁊ similes. q⁹ non sufficit tunc semel i an
no ꝓfiteri. Limito vez si statutū obligat ad mor
tale. alꝫ nō credo teneaꝫ de necessitate nisi ſm q
dixi. s. §. xxviij.

32 ¶ Vtrū qs possit ꝓfiteri p interpositā psonaz
vel p scriptū. ſ. q nō loquēdo de ꝓfessiōe ꝓut ē
sacrm ſm cōit theo. vbi. s. facit de pe. di. i. quez
penitet. q⁹ q peccauerit teneť se accusare. Et ad
c. qlis. xxx. q. v. respondet Sco. vbi. s. q pōt cō
fiteri p scriptū si ē presens ⁊ ipe legit qđ scripsit.

33 ¶ Sed quid si est mutus vel ignorat linguam
ſ. q non tenetur confiteri nisi eo modo quo po
test. ſ. per signa ⁊ huiusmodi. Et quod dicūt ali
qui q confiteatur per interpretē iprobat Sco. ⁊
bñ similiter per scriptū q⁹ est contra rationē sa/
cramenti. Et ideo nullo modo faciat. sed vt di/
xi confiteatur prout potest per signa ⁊ sufficit ꝯz
Sco. in. iiij. di. xvij. q. vnica. ⁊ Ri. ea. dist.

34 ¶ Vtruz ille qui rūdet confessori ad interro/
gata satisfaciat. ſ. ꝯz Rodo q sic. quātū ad ea de
quibus interrogatur. Similiter qui rogat cōfes
sorē vt eum interroget vt plenius confiteaꝫ nisi
sit talis qui potius dimitteret confiteri q̄z ore. p/
prio ꝓfiteret sua peccata: q⁹ de superbia. puenit.
de pe. di. v. c. i. q̄ quidē ē peccatū mortale. vnde
prudens ꝓfessor qñ hoc perpendit faciat euz re/
ctificare conscientiaz ⁊ dolere de tali dispositiōe.

¶ Sed quid si dubitat. ſ. S. Bo. ea. di. ar. ij. 35
q. i. q si probabiliter dubitat de aliquo an sit pec
catum veniale vel mortale nisi certificetur p ali/
quē doctum tenetur confiteri ſm q in dubio ꝯz
⁊ ab eo abstinere in futurum. aliter si non consi/
tetur peccat mortaliter. quia exponit se periculo
Concordat sanctus Tho. ibidem. di. xxi.

¶ Vtrum confitens teneatur acceptare omnē 36
pniam quam sibi cōfessos vult iniungere. ſ. q
non ſm ℣o. ⁊ sequitur ℣da. in. c. significauit.
de pe. ⁊ re. sed ſm Sco. in. iiij. di. xvij. q. vnica
sufficit ei ꝓposituz acceptandi a deo hic vel i pur
gatorio: sed si acceptat tenetur iplere. Aduerte
tamen q si confessor iniungeret confitenti vt sa/
tisfaceret proximo quem lesit. puta restituēdo ab
lata ⁊ huiusmodi. q illā tenetur de necessitate ex
plere. imo deberet ꝑcedere confessionē talis sa/
tisfactio si foret possibile: vt latius ps. j. Restitu
tio. iij. Similiter tenetur acceptare illud qđ con
fessor iniungit pro necessaria cautela ne in pecca
tum recidiuet. Et propterea nō. q confessor tri
pliciter aliquid imponit penitenti. ℣primo per
modū exhortatiōis: sicut cū admonet: vt quoti/
die det faciat largas elymosinas. ⁊ huiusmodi.
⁊ ad ista nō tenet ex necessitate penitēs. Secun
do modo p modū declatiōis cōis obligatiōis. si
cut qñ declarat q restituat ablata. cōicet in pasca
⁊ huiusmodi. si non obseruat penitēs euacuat si
bi fructum penitētie. nō tñ ꝓpter hoc teneť reite
rare confessionem. nec cōmittit peccatum inobe
dientie spāle nō obediēdo sacerdoti: q⁹ sacerdos
nihil sibi imponit. sed declarat qđ tenetur facere
Tertio modo. p spāli satisfactione peccatoꝝ ⁊ ad
istam tenetur ex precepto. alꝫ committeret spāle
peccatū inobediētie si eam acceptauit ⁊ non iple
ret. ⁊ iterare confessionē teneret ſm q dictum ē
s. Quod intelligo de pnia quaz sacerdos impo
nit preceptiue. Secus si imponeret exhortatiue
sicut faciunt periti confessores qui aliquā puam
pniam dant de precepto. ⁊ postea aliā maiorem
de consilio propter periculum transgressionis.

Confessio. ij. de cius obligatiōe ℣pro cuius intelligen tia queruntur multa.

¶ Vtrum confessio sit de iure diuino precep/ 1
ta. ſ. ſm Sco. in quarto di. xvij. q. vnica. q sic
⁊ probat primo sic. Quilibet teneť recuperare gra
tiam perditam per viam faciliorem ⁊ certiorē ex
precepto diuino quo dicitur. Diliges dñm deuz
tuū ⁊ proximū tuū. aliter videť conteneré deum
⁊ propriam salutem. sed hoc nō pōt fieri nisi p cō
fessionē. qđ ꝓbat sic. Atrit⁹ ꝓfitēs q̄uis nō bē/

gtactū talē qui sufficiat ad meritū de ꝯgruo. tū habēs volūtatē suscipiēdi sacm ecclesie: ꝛ sine obice mortalis peccati actualiter sibi facto: vel in volūtate inhērētis recipit: nō ex merito: ſz ex pacto diuino effectū isti⁹ sacri: vt sic pax attrit⁹ ꝛ attritiōē q̄ nō bz rōem meriti ad remissionē peccati: nolēs tū recipere sacm pnie sicut dispēsat in ecclesia: ꝛ sine obice i voluntate peccati mortalis i actu in vltimo istāti illi⁹ platiōis i quo ē vis sacramēti isti⁹: recipit remissionē ꝛ gram pnialez nō ex merito: vt dixi: q̄ nō erat. sed ex pacto dei assistentis sacro suo ad effectū illū ad quē instituit. Alioqn nō apperet quō sacz pnie eēt scda tabula fi nūq̄z p ipm vt sacm est posset recuperari secūda gra amissa. ſz tm̄ p attritionē tāq̄z p p̄uiā dispositionē ꝛ p ꝯtritionē tāq̄z p ꝯpletiuaz. Ista ponit Sco. i. iiij. di. xiiij. q. vlti. Et b̄ idem tz. S. Tho. i. iiij. quol. q. x. ꝛ Hen. de gan. in quo. q. xxxij. Ex quo pz q̄ nō est alia facilior via ad inueniēdū gram. q̄ hic i ꝓfessiōe nō regritur aliud nisi q̄ hō nō ponat obicē gre. qō est multo min⁹ q̄z dē attritionē q̄ p modū meriti de ꝯgruo sufficiat ad iustificationē. nec ēt certior: q̄ potest magis cē certus hō q̄ nō ponat obicē. i. actualiter peccando q̄z q̄ hēat attritionē. ergo qlibet tenēt p hanc viā ꝓfessiōis graz recuperare: cuz sit facilior ꝛ certior. Probat ēt q̄ ꝓfessio est de iur̄ diuino p argumētū a Scio. sup illud Joan. xx. Quoz remiseritis peccata. remittūt eis. ergo quoz nō remiseritis nō remittunt. sed sacerdotes nō remittūt nisi ꝓfitentib⁹. ergo tenēt ex pcepto xpi. Hāc rōnē facit Pe. aureolus. i. iiij. di. xvij. q. i. Probat ēt p id qō nō. Jo. an. i. c. significasti. de fo. ꝓpe. vbi tenet q̄ papa tenetur ꝓfiteri de necessitate. Sz verior rō q̄, pbat q̄ sit de iure diuino est. q̄ nō est credēdū q̄ ecclesia ꝛ apostoli istud tugū ipsuissent hominib⁹ tā periculosuz: nisi xps verbaliter apostolis istud pceptū dedisset: sicut ꝛ de alijs sacris excepto baptismate de quib⁹ nō pz quādo ꝛ quō a christo exp̄sse fuerint instituta. Indubitanter ergo tenēduz q̄ ē de iure diuino. ꝛ semp hoies tenebantur ad eaz post casum i peccato mortali: in voto: sed non i effectu. q̄ nōdū erant institutī cōfessores: nisi p⁹ passionē xpi q̄ hērent auctoritatē absoluendi.

2 ¶ Vtrū oēs tenentur ad confessionem. R. q̄ sic. oēs qui peccatū mortale cōmiserūt ꝛ tā infideles q̄z fideles ſz Ri. i. iiij. di. xvij. ita q̄ nō cōfitentes peccatū mortale cōmissuz tā ante baptismū q̄z post si hz copiā idonei ꝓfessoris: memoriam peccati. ꝛ tps. ꝛ loquelā ad ꝓfitendū oio dānabitur cū sit de iure diuino p̄cepta. vt. ē. patuit. Verūtamē ,put cōfessio est p̄cepta ab ecclesia: vt fiat sel'i āno. i. c. ois. de pe. ꝛ re. ñ ligat nisi fideles.

¶ Vtrum pueri teneantur confiteri. R. fm Sco. in. iiij. di. xvij. ꝛ cōmuniter doc. pueri qui non discernunt ꝛ quoz ctas ignorat quid videat. ꝛ furiosi non tenentur confiteri. Sed quādo quis instructus ꝛ interrogatus ordinate percipit distincte quid iustum. ꝛ quid iniustum in lege diuina. quod potest faciliter videri si ad ordinatas interrogationes ordinate respondit sicut alius adultus perfecte ex similibus p̄missis simpliciter responderet: tunc habet etatem sufficientez ad cognoscendum iustum: vel iniustum contra dei legem: ꝛ confiteri tenetur. 3

¶ Vtrū non habens mortale teneatur ex p̄cepto ecclesie confiteri saltē semel in anno. R. s. Bo. S. Tho. Ri. ꝛ Pe. in. iiij. di. xvij. tenēt q̄ sic. non ex vi sacramenti. sed ex vi statuti ecclesiastici. Sco. ea. di. tz q̄ nec ēt ex statuto ecclesie tenēt: sed sufficit q̄ se p̄sentet sacerdoti ꝛ dicat se non habere cōscientiā mortalis peccati: vt ad cōmunionē possit admitti. Tu vo dic q̄ cuz homo teneatur confiteri fm Ri. i. iiij. dist. xxi. de mortalibus oblitis generaliter nō ō singulis generū: sed de generibus singuloz. Item quia dicit ps. Ab occultis meis munda me domine. q̄ vera est opi. p̄ma q̄ quis tenetur confiteri. saltē generaliter de generibus singulorum propter periculum peccatoz ignoratoz ꝛ occultoz. Et opi. Sco. intelligitur quando quis est certus q̄ nullum mortale habet. quia tunc non tenetur confiteri. Et sic serua. 4

¶ Vtrū possit dispensari cū aliquo vt non teneatur confiteri. R. fm Ri. in. iiij. di. xvij. ꝛ Th. ea. dist. q̄ nō. fm q̄ obligat ex vi sacramēti. Potest tamen papa dispensare fm q̄ obligat ex p̄cepto ecclesie. s. vt possit diutius confessionē differre q̄z sit statutum ab ecclesia. Vnde etiā papa tenetur confiteri. q̄ lz ille cui confiteri debet sit inferior eo inquantū est p̄latus est tñ superior i quantuz est peccator. ꝛ ipe cōfessor dei minister. 5

Confessio

Tertio cui facienda ē vtrū soli sacerdoti. R. fm. s. Bo. in. iiij. di. xvij. q̄ de confessione possumus loqui dupliciter. vno modo p̄out est opus virtutis directe repugnans hypocrisi in quo quis se ipsum accusat ne alius sit q̄z apparent vel mala sua apperit ad inuestigandā cu rationē. ꝛ hoc modo confessio potest fieri cuilibz etiam laico qui potest adiuuare instruendo vel orando. ꝛ de quo homo potest erubescere ꝛ humiliari. ꝛ ille exemplo humilitatis meliorari nō peccatoz cognitione deprauari. Alio mō p̄out confessio est opus sacramentale ꝛ p̄out ordina-

tur ad reconciliationem que fit per absolutionez
& ligationē. Et quoniā ꝺ potestas collata est so-
lis presbyteris. ideo hec confessio nullis nisi pre
sbyteris est fienda.

1 ¶ Sed quid si ꝑ sbyter deest teneꝯ quis confite
ri laico i casu necessitatis. ℟. magister sniarū in
iiij. di. xvij. ꝟ. s. Tho. ea. di. & tex. Aug. de pe.
di. i. quē penitet. & glo. extra de offi. or. in. c. pa
storalis. volunt ꝙ sic. Sed verior est opi. Sco.
Ri. ℣de. & cōiter theo. in. iiij. di. xvij. ꝙ non te
netur de necessitate. & hoc ꝑz ex predictis. immo
vt dicit Sco. ea. di. ꝙ si peccator sic posset per se
verecundari. & in generali sic querere ꝑ filium:
vel laicus nō est magis discretus q̄z ipse ꝙ nō ē
vtile confiteri laico nec expedit: posset bene esse
vtile ex materia verecūdie que est vna pena de-
bita pro peccato. vnde sic cōfitens laico solueret
vnā penaz debitaz pro peccato. & sic esset bonuz
consiliū cidez confiteri in tali casu dūmodo fit ta
lis qui nō habeat deprauari ex auditione pecca-
torū. Et sic intelligit Aug. vbi. s. vt ibi patet.

2 ¶ Vtrum omni sacerdoti fit confitendū. ℟. ꝟz
cōiter doc. ꝙ non. sed solū sacerdoti proprio. lo-
quendo de cōfessione prout est sacramentalis: &
de precepto iuris diuini & ecclesie vt clare ꝑz in
c. omnis. de pe. & re. nisi fm Ri. in. iiij. di. xvij
in casu extreme necessitatis quādo alicui iminet
periculū mortis probabiliter & proprii sacerdo
tē habere nō potest. nā tūc quilibet sacerdos pōt
quēlibet peccatorē audire in cōfessione & absolue
re ab oībus peccatis casibus & excōicationibus
vt tenet glo. in. c. pastoralis. de offi. or. quaz se
quuntur cōiter doc. ar. ad hoc. xxvi. q. vi. si pre-
sbyter. & c. se. de fur. c. fures. de sen. ex. c. eos.
li. vi. ita ꝙ nō oz amplius de ipsis cōfiteri seu ad
aliquē recurrere. etiā si erat casus reseruat⁹. ar.
d. c. eos. sed tamē quo ad excōicationē serua qō
dixi. s. Absolutio. iij. §. xvi. dūmodo talis sacer
dos non sit hereticus. excōmunicatus aut ab ec
clesia precisus fm Bo. ea. dist. Ego tamen cre-
do ꝙ nisi sit periculum peruersionis in confiten
te. ꝙ etiam in tali casu liceat confiteri heretico. &
excōmunicato aut p̄ciso & absolui ab ipsis si ali-
us sacerdos haberi non potest. & sit paratus au
dire. q̄ iducere talē nō licet. vt. s. cleric⁹. viij. §.
ij. & ꝙ tales sacerdotes vere absoluant i tali ca-
su nec peccant sic absoluendo. dūmodo peniteāt
de peccato suo. Ratio est. quia fm ℣de. aure. in
iiij. di. xvij. potestas clauis que est absoluendi a
peccato. & ex consequenti ad penam eternam cō
mutandam in temporalem. & ad gratiam actue
conferendam per modum applicantis actu me-
ritum passionis christi fundatur in caractere sa-
cerdotali. qui quidem ē indelebilis. Et q̄ꝫnis ad
ecclesia in tali fit ligata talis potestas. tamen i ta
li casu non credo. quia necessitas non subiacet le
gi positiue. vt in. c. quod non est. de regu. iur.
hoc tenet glo. in. c. non est. de sponsali. Et fm
℣de. de pal. in. iiij. ficut a tali potest baptismum
recipere. sic & penitentiam. cuz & ipsa sit sacramē
tum necessitatis. Et est tutius in tali articulo cō-
fiteri per ea que. s. dixi. Confessio. ij. §. i.

¶ Sed quis dicitur proprius sacerdos. ℟. vt 3
colligo ex Ri. vbi. s. & ℣da. in dicto. c. omnis.
& Lar. in cle. dudum. de sepul. Primo papa in
toto mundo. Secundo legatus in tota sua proui
cia. Tertio penitentiarius eiusdem legati in pro
uincia. Quarto archiepiscopus dum visitat est
proprius sacerdos suorum suffraganeorum. & ꝯ
cos absoluere potest. c. nostro. de peni. & remiss.
Quinto episcopus i tota sua dioceſi. Sexto ar-
chipresbyter ecclesie cathedralis. Septimo vica
rius generalis episcopi. Isti duo possunt audi-
re omnes de dioceſi. argu. l. cum pretor. ff. de
iudi. & c. officium. de offi. archipresbyteri. Oc-
tauo presbyter parrochialis in tota sua parro-
chia. Nono vicarij prefatorum. Decimo oēs
habentes licentiam ab aliquo predictorum.

¶ Sed nūquid nō habentes executionē ordinū 4
possint licentiari ad audiendas cōfessiones ab ali
quo qui executionē dare nō pōt. ℟. vt colligo ex
Archi. in. c. perlectis. xxv. di. & a ℣da. in. d. c.
omnis. ꝙ tripliciter dicitur quis non habere exe
cutionem ordinum. Primo q̄ nō ꝟz velle vel
nolle. sed eius velle dependet ab alio sicut fūt re
ligiosi. vt. xij. q. i. non dicatis. de elec. si religio-
sus. li. vi. de testa. religiosus. de sepul. c. fi. lib.
vi. vnde nisi tales habilitentur a suis prelatis.
nullo modo etiā ex licentia sacerdotum parro-
chialiū vel episcoporum si sunt exempti possunt
absoluere vel ligare. Secundo dicit quis non
habere executionem ordinum. q̄ est excōmuni-
catus suspensus vel interdictus & huiusmodi. &
talibus nō potest dari licentia audiendi confes-
siones. nisi prius habilitentur ab eo qui tale im
pedimentum potest auferre. Tertio dicit qs nō
habere executionē ordinum. quia non habet po
pulum sibi subditum sicut sunt religiosi a suis p̄
latis habilitati & omnes sacerdotes seculares q
non habent curam animarum. vnde bene tali-
bus potest concedi licentia audiendi. non solum
ab his qui habent curam in actu specialiter ipsis
committendo. sed etiam generaliter dando licenti
am subditis ipsorum: vt quencunq; voluerint
eligant sibi confessorem. Hec ob. ꝙ iuder pro-
rogata iudicat iure, pprio. Et iō si nō ꝟz iurisdi-

tionē i actū non pōt. ar. c. significasti. de fo. com pe. Nō q; priuat⁹ nō pōt dare iurisditionē quaz nō hz. l. priuatorū. C. de iur. om. iu. Itē, proga re idē est qđ extendere. Et iō q; nō ē nō pōt extē di. c. ad dissolu endū. ō despō. ipu. Uz rūdeo q; qlibet sacerdos ex q̄ sacerdos ordinat⁹ hz iurisdi tionē. solum deficit mā in qua exerceat. ꝛ iō cum sibi exhibeā per talem lniam in genere datā ab/ soluit auctoritate, ppria quā hz. ꝛ pōt exercere ob lata sibi mā debita. Nō obstat ēt. c. ad hec. de re scrip. vbi ꝯcessio iudicis icerti nō valet: q; illud vex̄ est, quantū ad fox ꝯtentiosum. vt no. Be. in. c. fi. de pe. ꝛ re. li. vi. Et istam opi. tz Jo. ꝛ sequitur ſſpa. in cle. i. de priuil. hz prius tenuisz ꝫrium. Et iō fm hoc limita ꝛ intellige dicta doc. i cle. i. ō pūl. ꝛ. xvi. q. i. §. ecce. ꝛ i cle. dudū. ō se

5 ¶ Undecio dī, pprius sacerdos ei⁹ ille /pul. qui eligitur a papa pro suo ꝯfessore. Et similit ab epis: archiepis: patriarchis: cardinalibus. ꝛ similib⁹ prelatis episcopis superiorib⁹. ꝛ etiā ab inferiorib⁹ prelatis: dūmodo sint exempti. vt pz in. c. fi. de pe. ꝛ re. Sed nota q; tales inferiores epis oportet primo q; sint imediate sub papa. q; exempti qui habent abbatem vel generalē ꝛ hu iusmodi super se non possunt sibi eligere confes sorem de iure cōi fm Jo. ꝛ ſſpa. in. d. c. fi. Se cundo q; sint prelati. ꝛ capitur large prelati fm ſſpa. ibidem ēt pro sacerdotibus curatis q; large dicuntur prelati. vt in. c. tua. de cle. egro. hz stri cte nomine plati veniant solum illi qui habēt iu risditionē fori contentiosi. vide bo. glo. i. c. ij. ō iudi. ꝛ in cle. dudū. de sepul. in versi. plati. Ter tio q; sint exempti. vno istorum deficiente non possunt sibi eligere confessorem.

6 ¶ Utrū prefati possint vna vice eligere vnum alia vice alium. Nō. q; sic. dummodo non faciant in fraudem fm directoriam'.

7 ¶ Sed quam auctoritatem habet talis elect⁹ su per eos qui eum elegerūt. Nō. fm ſſpa. i. c. signi ficasti. de fo. compe. q; electi per exemptos epis inferiores non pñt absoluere ab excōicatiōe ꝛ ca sibus epis reservatis. ar. c. ij. de pe. ꝛ re. lib. vi. nisi specialē idulgētiā habeāt sup hoc. Sz Jo. tz q; vbi exempt⁹ eligit elect⁹ hz potestatē penitē tiarij pape quo ad absolutionem nō quo ad di/ spensationē nisi de spāli mandato. Ā nō exēptis Jo electus hz potestatē illius cui subest. vñ con fessor epi pōt super ipm sicut archiepiscop⁹. ꝛ sic de ceteris. Et hoc magis placet quo ad ꝓdictos. de quib⁹ loquitur. d. c. fi. de pe. ꝛ re. Et idem di cerē de illo cui papa concedit vt possit sibi elige/ re confessorem, vt cōfessor possit eū absoluere ab omnib⁹ nō reservatis pape. Et ad. c. ij. ꝓdictum dico intelligendum in casu suo: quando episco/ pus dat suo subdito talē lniam: sed nō q̄ papa: q; potuisset loqui generaliter si voluisset.

¶ Utrū eo ipo quo ep̄s vel tales exempti: de q 8 bus. s. confitentur alicui videantur eum elige/ re. Nō. q; sic. q; plus est factis eligere q̄z verbis. l. non dubium. C. de legi. ꝛ in. c. legebatur. de maio. ꝛ obedien. ꝛ in. c. fi. xv. q. vi.

¶ Duodecimo dī, pprius sacerdos quilibet p̄/ 9 sbyter parrochialis omniū vagabundoz. ꝛ illo rū qui non habēt, pprium domicilium. Et hoc tan diu q̄z diu in eius parrochia inueniuntur: quia a quocūq; parrochiali p̄sbytero ad quē se transfe/ runt possunt absolui ꝛ a fortiori ab epo: aut licen tiam habentibus ab eodem episcopo in sua dio/ cesi audiendi confessiones. Et not. fm ſſpa. in c. fi. de fo. compe. q; vagabundi dicunt qui non habēt domiciliū certum vel habitationem fz gl. ꝛ Bar. in. l. dies. §. pretor. ff. de dam. infec.

¶ Sed quid dicemus de scholaribus mercena 10 rijs mercatoribus: stipendiarijs: ꝛ huiusmodi. cōmorantibus in aliqua parrochia nunqd pote runt absolui ab illis sacerdotibus a quibus pos sunt absolui parrochiales illius parrochie. hz ibi non cōtrarerint domicilium. Nō. fm ſſpa. in. d. c. omnis. q; sic. q; ille dī proprius sacerdos pre fatorum in cui⁹ parrochia habitant de pñti. nec possunt cōmode adire propriū sacardotē. ar. c fi. de parrochijs. vide glo. que hoc tz in cle. i. de priui. Et hec ē cōio: opi. Hoc idem tz ſſpa. i. c. cū ꝓtingat. de fo. ꝛpe. Quā opi. limito verā q̄n p maiorē ptē ānī ibi steterūt vt dicā i se. §. alr' n.

¶ Nūqd idem sit dicendum de peregrinis via 11 toribus aut mercatorib⁹ discurrentibus hinc inde pro negociatione. Nō. vt colligo ex Jnn. ꝛ Jo. in. d. c. omnis. q; si alicubi morantur per annuz vel per maiorem partē anni. presertim vltra pa/ sca in quo tenentur confiteri: ꝛ maxime q̄n in pa scate cōiter non declinant ad domū sui loci. quia tunc non videntur habere ibi domicilium vbi ē eorum domus quo ad sacramēta. ideo tunc licite confitentur parrochiali illi vbi sunt. ꝛ ab eo pos sunt absolui. xvi. q. i. questi. ar. de deci. ad apo stolice. Si Jo talem morā alicubi non cōtrahūt non poterunt confiteri ibidem nisi licentiam ac ceperint a, pprio epo, vel sacerdote prochiali vbi libet ꝓfitendi: vel saltē peregrinādi sine itinerā di: q; tunc etiam ibidē confiteri possent ꝛ absol/ ui. q; presumitur q; eo ipo quo licētiam itineran di dederunt. ꝛ etiā confitēdi ꝛ sacramēta suscipi endi dederint. Tutius tamē ēt spāliter licentiā peterc. ꝛ quos casus sibi reservat suus epus face/ re sibi declarari cum non possit absolui a talibus

fine ei⁹ licētia. Q̄ intelligo qñ p talē morā alicu bi nō steterūt q̄ possint ab illo ordiario absolui.

12 ¶ Quid de illis qui in diuersis locis morantur equaliter: aut i diuersis castris habēt domicilia nec apparet q̄ sit ꝓncipale. R. q̄ debēt ꝓfiteri illi in cuius parrochia se inuenīūt tpe ꝓfessiōis fiende. ar. c. ex pte. ō fo. ꝓpe. facit glo. in. l. ij. C. vbi de cri. agi opor. que dicit quēcūq; conuenīri posse vbi degit ⁊ morar. Io. tamē dicit q̄ tuti⁹ esset q̄ ab vtroq; epō vel presbytero in cui⁹ iurisditionem moratur licentiam peteret.

13 ¶ Cui debēt ꝓfiteri sacerdotes parrochiales. p̄ positi. decani. canonici seculares. ⁊ hmoi eccleſi astici nō exempti iferiores epīs. similiꝫ religiosi etiā exempti qui nō sunt p̄lati. R. fm oēs doc. q̄ tenenť ꝓfiteri suis p̄latis vel de eo⁊ licentia.

14 ¶ Vtrū p̄fati ꝓuij sacerdotes possint alijs suā auctoritatē delegare. R. ꝑ Ri. anglicū in quol. aut talis sacerdos habet auctoritatē ordinariam ⁊ sic pōt. aut habet cōmissam. ⁊ tūc distinguo q̄ aut a papa ⁊ sic pōt. Intellige vē qñ a papa cō mittiť iurisditio. Secus cū ꝓmittiť nudū officiū sine iurisditiōe. vtputa audire ꝓfessiones. qr nō pōt. facit. c. fi. de offi. dele. vide. j. delegatus. §. vi. Aut ab inferiore. vt ab epō. ⁊ tūc aut ad vni uersitatē causa⁊. ⁊ sic pōt in ꝑticulari aliquā causam ꝓmittere. vt officialis ⁊ generalis ꝓniarius epī: nisi sit eis spāliter interdictū. Si vero habz cōmissionē particularē non pōt. sicut si sacerdos fuerit ꝓductus ad officiandū ecclesie parrochiali. cū nō sit ordinarius illi parrochie. Et sic loqť c. fi. de offi. dele. i. §. ceterū. vbi dicit salua lega⁊ sedis apostolice. auctoritate nulli cui ꝓmissū fuerit predicare crucē. excōmunicare. absolnere dispensare. vel iniūgere penitētias liceat de cetero hoc alijs demandare.

15 ¶ Vtrū in aliquo casu liceat ꝓfiteri alteri qz p prio sacerdoti. R. fm Ioa. in. d. c. omnis. q̄ sic quādocūq; subest aliqua legitima cā. puta qr est reuelator ꝓfessiōis vel solicitator ad malū. vel ñ habet debitā sciaz vel ꝓbabilir videť sibi periculū. vel sacerdoti iminere. vel ē excōicatus ⁊ hu iusmodi. ⁊ tūc debet petere licētiā ⁊ obtinere. q̄ si nō pōt obtinere: nec adire pōt supiorē. sufficit q̄ petijt. ⁊ sic supplet. d. c. oīs. p. c. placuit. ⁊ ibi glo. de pe. di. vi. sic. vt sit sensus. debet obtinere licētiā. s. si pōt. vt in. d. c. omnis. vel adeat alienū si nō potest. vt in. d. c. placuit. Ego Vo i hoc multū nō insto. qr verissimū puto. ⁊ qr bodie habenť multi ꝓuij sacerdotes quibus legitime cō fiteri possumus si vnus nō est idoneus. ⁊ si casus accederet. tene quod dixi. qr precepta non se extendunt vltra charitatem. Et si lz causa melio rande vite. extra de regula. c. licet. quāto magis causa recuperande.

¶ Vtrū liceat absqz alia licentia ꝓfiteri fratrib⁹ 16 minoribus ⁊ predicatoribus. R. q̄ sic. fi. v. ꝓcurant. Ipsimū q̄ generalis vel ꝓuincialis minister: aut custos quo ad minores ⁊ magister: aut ꝓr ꝓuincialis: aut eius vicarius quo ad p̄dicatores accedat ad penitētiā p̄latoꝛ petēdo q̄ fratrel qui fuerint electi possint libere ꝓfessiōes suorum subditoꝛ audire. Sed istud primū ē de bene esse. vt. j. patebit. §. xxi. Secūdum q̄ fuerint electi ⁊ habilitati ad audiendas ꝓfessiōes per generalē aut ꝓuincialē ministrū quo ad minores. vel per magistrū aut ꝓriorē ꝓuincialē quo ad p̄dicatores. Tertium q̄ sic electos presentēt per se vel per fratres quos ad hoc deputauerint epīs: seu coꝛ vices gerētibus petendo humiliť. vt de coꝛ beneplacito possint audire ꝓfessiones suoꝛ subditoꝛ. An autē requiratur q̄ psonalir ducat tales fratres electos. ego credo q̄ nō. sed sufficit q̄ verbalir vel alir qualitercūq; Ratio qr qñ aliquod onus iponiť alicui sine determinatione. q̄ ipleto ad aliquod beneficiū mereť admitti. quocūq; leuiori modo ipleat onus ꝓditio dicit ipleta. ⁊ sic ad beneficiū mereť admitti. hoc ꝓbatur ff. de ꝓdi. ⁊ de. l. qō traditū. Cū ergo onus presentatiōis impositū prefatis electis nō distinguat quō debeat fieri. cū possit fieri multis modis. vt ff. de ꝓcu. l. pñs. ⁊ ibi glo. igiť qualitercūq; fiat siue p̄ scriptum: siue verbalir intelligiť ꝓditio ipleta. Nec obstat glo. in cle. dudū. de sepul. que dicit q̄ debet fieri p̄sentatio psonalis. qr pñs dicit qui prebeť sensibus coꝛporis. ar. ff. de verb. ob. l. i. in ꝓn. qr si aduertis hec rō nō valet. qr p̄sentatio psonalis etiā potest fieri per ꝓcuratorē vt in. l. fi. C. d ꝓcu. Et sic prebet se quis sensib⁹ p se aut p aliuz. vt. d. l. pñs. Sic intellige glo. p. d. l. pñs. ⁊ ibi ⁊ p no. p Io. an. in. c. pñti. de p̄bē. li. vi. facit. c. tuc. de ꝓcu. vbi patet q̄ pñs nominalir nō infert necessario vt p se faciat. sed bene si aduerbialir dicať vt ibi patet. Quartus qō requirť ē q̄ nō audiāt ꝓfessiōes extra diocesim illius cui sunt p̄ñtati. ⁊ in hoc differunt a ꝓpriis sacerdotibus parrochialib⁹ vel epīs aut prelatis ordinarijs q̄ p̄ñt vbiqz audire suū subditū ⁊ absoluere i foro ꝓniali. qr in his q̄ fiūt sine strepitu ⁊ sub silētio nullius ledir territoriū. l. ij. ff. d off. ꝓcō. facit qō no. Ioa. in. c. cū ꝓtingat. de fo. cō pe. ⁊ ita tenet Car. in. d. cle. dudū. Quintū q̄ lege vult eis ꝓfiteri sit de iurisditione illius p̄lati cui tales sunt p̄ñtati. ꝫ habeť ex. d. cle. dudum.

¶ Vtrū p̄dicta p̄ñtatio soluz sit fienda epīs. R. Car. in. d. cle. dudū. q̄ nō. sed ibi noie p̄lati in

telligitur quilibet habens iurisdictionē epalē. Ita q̄ nulli diocesano subsint eorum subditi. nec ipsi ar. c. abbates. in fi. de ꝓuil. li. vi.

18 ¶ Utrū hec pñtatio possit eis fieri extra territoriū exñtib⁹. ff. q̄ sic. fm Pau. in. d. cle. dudū.

19 ¶ Quid si sedes vacat. ff. Pau. vbi. s. q̄ fiet capitulo. ar. c. cum olim. de ma. & obe.

20 ¶ Sed pone q̄ nō possit haberi copia talis plati. ff. Pa. vbi. s. q̄ peteā a vicario suo i spūalibus si hz de tem. or. c. cū nullus. li. vi. Si nō hz & malitiose hoc facit dz adire superiorē q et⁹ negligētiā dz supplere. c. q̄ diuersitatē. de ꝓcess. p. Et idem dic si cēt excōicatus: vel suspēsus: vel interdictus q̄ adire debet superiorē.

21 ¶ Quid si pñtent electi añ petitionē licētie. ff. Zen. in. d. cle. dudū. q̄ vz ꝓcessio facta sz q̄ possent plati dicere q̄ volūt q̄ fiat ꝓmo petitio.

22 ¶ Utrū vicarij ministroꝝ: aut magistroꝝ ꝓuincialium possint eligere ꝓfessores. ff. Lar. in. d. cle. dudū. q̄ nō. Et fic hz glo. ibidē & Pau.

23 ¶ Quid si plati nolūt dare licētiā pdictā petētibus. ff. Lar. vbi. s. q̄ nihil refert. quia expecta to congruo tempore possunt eligere. & electi confessiones audire.

24 ¶ Quid si dicant prelati non pñtetis aliquos. quia non admittemus. ff. Lar. vbi. s. q̄ poterūt audire sine alia pñtatione.

25 ¶ Utrū pfati electi & semel pñtati: aut deputati durēt post mortē acceptantis plati. ff. Lar. vbi. s. q̄ nō. si sub istis verbis sunt deputati. s. vsq̄ ad beneplacitū eoꝝ cuz istud morte extinguat. vt in c. si gratiose. de rescrip. li. vi. Si Yo simpliciter deputent durat post mortē. & sic debēt deputari nec credo q̄ ipsis inuitis possint aliter deputari nisi q̄ eoꝝ potestas sit ꝓpetua. q̄ eoꝝ auctoritas ē papalis que durat. ar. de transac. c. veniens. & de iure cōi approbat. arg. c. sup questionum. de offi. dele. de elec. ne romani. in pn. in cle.

26 ¶ Utrum prefati deputati possint committere alijs. ff. La. vbi. s. q̄ non. quia habēt nudum ministerium. Et in hoc dicit Laud. q̄ habēt potestatē sine administratione ad instar illoꝝ de quibus. de resti. in inte. in. c. i. dicit.

27 ¶ Quos pñt absoluere prefati deputati. ff. vt s. patet. oēs qui ab illo prelato cui sūt pñtati pñt absolui. tam exemptos q̄z nō exemptos. tā eccle/siasticos q̄z seculares fm Lar. vbi. s. & etiā sine alia licētia sacerdotis parrochialis. & non obstā te eius contradictione imo omne ꝑceptum & omnis excōmunicatio ꝓtra tales confitentes ipso iure est nulla per extrauagantem Martini. iiij. q̄ inserit in rubrica de ꝓuile.

28 ¶ A quibus peccatis possunt tales deputati absoluere. ff. q̄ ab omnib⁹ a quibus possunt sacerdotes parrochiales a iure. Et licet epi possint sibi vel per constitutionem: aut ex consuetudine reseruare casus. ita q̄ curati absoluere nō poterūt tñ pfati fratres bene absoluēt. & facit adh̄ q̄ no. Buil. in. l. ꝓilegia. C. de sa. san. ec. & segt pa. in. c. sup specula. ne cler. vel mo. vbi dicit q̄ reuocato ꝓuilegio boñ. nō ē reuocatū p hoc ꝓuilegiū studij. señ. q̄z uis sit cōcessum ad instar boñ. q̄ iam ius ē quesitū studio señ. & idē patet p verbū. d. cle. dudū. vbi dictā a iure ergo venūt oēs casus ꝓter illos quos ius reseruauit spāliter epis. Nec ob. motiua Jo. mo. in glo. d. cle. q̄ cū dicit q̄ in re sua quilibet potest facere q̄d vult dico verū nisi superior ad quem pt̄inet ꝓncipaliter alit velit disponere. vt ē in ꝓposito. Itē cuz dicit q̄ si epūs potest artare ordinariam. multo magis extraordinariā nego ꝓmo q̄ potestas pfatoꝝ fratrū sit extraordinaria. imo ē ordinaria surgēs a pfata cle. duduz. vt tenet Zen. & Lau. in. d. cle. dudū. Itē posito q̄ sit extraordinaria. verū concluderet si potestas pfatoꝝ cēt ab epo. sed cū sit a papa. vt. s. dictū est non potest inferior tollere concessa p superiorē. rri. di. inferior. cle. ne romani. de elec. aliter possent tot casus reseruare q̄ i totū tollerēt istud ꝓuilegiū fratrū q̄d esse non potest. c. quanto. de ꝓuil. Nec bis obuiat ratio sua scilicet ne idē subditus censeat diuerse cure. quia ex hoc non sequit q̄ sit diuerse. sed bñ subordinate cure. vt patet in quotidianis concessionib⁹. tā pape q̄z epoꝝ. Itē cū dicit non est iure cōcessum quod iure reuocatum est. Dico hoc verū in iure cōmuni. non autē q̄d reuocat in iure ꝓuinciali: vel sinodali: nisi quo ad determinatos subditos Itē cuz dicit q̄ parrochiam non sunt exempti lz fratres sint. c. p exemptionē. de ꝓuil. li. vi. Cō cedo. sed nō sequit ex hoc q̄ non possint absolui ab omnibus exceptis a iure reseruatis epis. q̄ sicut nec possunt impediri quin confiteant pfatis fratribus ita q̄ non absoluant fm eoꝝ auctoritatē p regulā accessoriū. de reg. iur. li. vi. q̄ auctoritas respicit fratres non subditos epi quam in actu possunt exercere quādo adest materia debita. que ē quorūcūq̄z volentiū confiteri de diocesi. d. cle. dudū. Itē cū concludit non absoluat frat quod non absoluit curatus. verū diceret nisi ei p aliū superiorē esset concessum. vt in istis ē. Nō ob. cle. religiosi. de ꝓuil. q̄ non absoluant in cathedris sedi apostolice. aut locorum ordinarijs reseruatis. quia subintelligit quo ad casus epales a iure. non a statuto. vel a consuetudine. quia cū excludant p. d. cle. duduz. sic oportet ista similiter eos excludat. ne leges ludibrio fiant. l. fi. §. vbi

autem. C. de bo. que li. ⁊ iura iuribus sunt con/
cordanda. l. vnica. C. de inoffi. do. de elec. cum
expediat. li. vi. Et sic firmiter tene in conscien/
tia. sicut etiam hoc idem tenet Jo. de lig. in. d. c.
ois vtriusq; sexus. nisi quando alicui casui esset
sententia excōmunicationis ipo facto annexa p
statutum ⁊ episcopis reseruata. quia tunc absol
uere non possent. Item quando videret expedi
re saluti anime alicuius: vel aliorum aliquē mit/
tere ad superiorē. tunc licet posset absoluere mit
tendus esset. quia debemus esse coadiutores co
rum. Et de hoc. ⁊ qui sunt casus episcopis a iu/
re reseruati. vide. 3. casus pmo.

29 ¶ Vtrum prefati fratres possint per episcopos
aut prelatos admitti sine accessu ministrorum
⁊ huiusmodi ad petendam licentiam ⁊ presenta
tionem electorum. ſ. Hosti. ⁊ Innocen. vt re
fert Vir. q; sic. si procedit de voluntate vtriusq;
partis. ar. l. cum pater. ff. de pac. do. vnde si ad
mittuntur ac si esset obseruata prefata forma a p̄
latis eandem habebunt auctoritatem sicut si ser/
nata fuisset. Si vero solum concedit licentiā au
diendi confessiones suoꝝ subditorum. tunc non
possent absoluere: nisi in quātum prelati eis con
cedunt ⁊ possent sibi quot vellent casus reserua
re. quia tūc non absoluunt auctoritate. d. cle. du
dum. sed ex mera concessione p̄latorū. Verū tñ
ē q; tales ex sola licētia admissi solēt vbiq; subdi
tos talū p̄latoꝝ audire sicut ⁊ ipsi p̄lati. nec du/
rat talis auctoritas nisi ad eoꝝ beneplacitum qō
nota bñ. Jdeo sint cauti pfessores. vt quādo nō
seruata p̄fata solēnitate petūt licētiā audiēdi con
fessiōes rogēt pfatos p̄latos similiter q; velint eos
admittere ac si cēt seruata p̄fata forma si auctori
tatē p̄fate cle. voluntbabere.

30 ¶ Vtrū ex cōsuetudine possit induci vt qs cōfi
teat ad libitū cui vult. ſ. vt in. c. si epūs. de pe. ⁊
re. li. vi. q; nulla consuetudine potest introduci
vt quis eligat sibi pfessorē sine sui superioris li
cētia. intelligo aut tacita. vtput q; vident ⁊ tolle
rant cum possint, phibere. aut expressa. Dicit ta
mē Jſta. in. c. conquerēte. de offi. or. verū quo
ad subditos. sed quo ad existentem in dignitate
noie dignitatis posset pscribere hanc curā. ⁊ fie
ret, ppius sacerdos ſm Ho. ⁊ allegat. c. ducū
el. ij. de elec. ⁊. c. cum olim. de prescrip. ⁊ est ve
rum post prescriptionem.

31 ¶ Vtrum sacerdos parrochialis debeat facilit
dare licentiam suis subditis alteri confitēdi. ſ.
S. Tho. in. iiij. di. xvij. q; q; multi sunt adeo i/
firmi q; potius sine confessione decederēt q; cō
fiterēt tali pſoptero. ideo dare dz. Vñ illi q sunt
nunis soliciti vt conscias subditoꝝ sciāt: multis
laqueum dānationis inicinnt. ⁊ per consequēs
sibi ipsis. hec. S. Tho. Nō credo verū nisi qñ
ppter hoc solicitant scire ne alios inficiant: aut
vt ceteri b scientes magis a peccatis preseruent
debet tamen exigere specificationem illius cum
quo vult confiteri. ⁊ si est eque bonus sicut ipe
concedat. Si vero non est eque bonus. non de/
bet dare. Et si ille confessor ad quem vult ire ha
bet alio modo auctoritatem audiendi. tūc dicat si
bi q; nō expedit ⁊ inducat vt nō vadat. ℔ si vult
ire relinquat eū arbitrio suo. quia sibi non imp
tabit als sic si male confiteret.

¶ Vtrū sit credendum dicenti se habere licen/ 32
tiam a suo prelato confitendi alteri. ſ. ſm Ri. i
iiij. di. xvij. ar. iij. q. ij. q; sic. ⁊ similit dicenti se
esse confessum. Ratio quia cognitio in foro pe/
nitentie dependet a voluntate subditi. ideo deb;
cum reputare idoneum ad eucharistiam sumen
dam si se asserit penitentem et legitime confes/
sum ei qui potuit absoluere. Si tamen sacerdos
haberet aliqua signa probabilia q; ille non dice/
ret verum non teneretur ei credere: nisi faceret
fidem sufficienter ei. non dico q; sit vere peni/
tens ⁊ vere confessus. quia ista non cadunt sub
probatione: sed q; illi vel illi est confessus q ipm
potuit absoluere. Fallit hoc i excōmunicato cui
non tenet credere nisi ꝓbet se absolutū. ⁊ in illo
qui habet perseuerantiaz in peccato. vtputa qui
tenet concubinam. ⁊ hmōi.

¶ Vtrum illi qui confitentur illis quibus da/ 33
tur licentia a papa vel legato. aut episcopo au/
diendi confessiones. vel qui habent licentiam a
predictis eligendi sibi confessorem saltem se/
mel in anno teneantur confiteri proprio sacer/
doti parrochiali. Respō. glo. Ber. in dicto. c.
omnis. tenet q; sic. sed male ⁊ falsē ſm commu/
niter docto. in dicto. c. omnis. ⁊ in. c. ij. de peni.
⁊ remiss. lib. vi. Sufficit enim licentia alterius
eorum vel sacerdotis parrochialis ſm Jo. an.
in dicto. c. ij. Multo fortius non tenetur si sint
confessi episcopo proprio. quia dicit parrochia/
lis presbyter. in. c. nullus. de parrochijs. ⁊ i. c.
ij. ix. q. ij. Et quicūq; alii teneret esset temerari
us. vt patet p extraua. Jo. xxij. q̄ incipit. Vas
electiōis que damnat predictaz opi. Ber. Cum
habentes licentiam a predictis possint etiam in/
nitis ⁊ contradicentibus parrochialibus sacer/
dotibus eorum subditos absoluere. Et vt dicit
Sanctus Tho. in quadam. q. de quol. q; nō po
test aliquis auctoritate cuiuscūq; hominis com/
pelli ad confitendum peccatum quod alteri
confessus est qui eum absoluere potuit. quia
confessio peccatorum est quoddam sacramen/

tale diuino imperio subiacẽs nõ humano. Addo tñ cũ sanc. Bo. in. iiij. di. xvij. q. si sacerdos parrochialis ẽ bonus ⁊ idoneus bonũ est ꝓsiliũ q. remittant ad eũ a quocũq; audiant. nõtñ necessariũ ẽ. nec oportet q. illa peccata a quibus sũt vere a talibus absoluti itez ꝓfiteant. sed possent ea tacere ⁊ alia occurrentia ꝓfiteri. Et dic etiam q. tutius est cõfiteri ꝓprio parrochiali sacerdoti seu ꝑlato q; alteri ꝑter multas deceptiões ⁊ il literalitates que sunt in alijs deputatis. Vñ semper ꝓsulo q. nemo dimittat ꝑprium parrochialez ꝑ alio deputato. nisi clare cõstet eũ quẽ eligit cẽ bone ꝓscientie. ⁊ debite peritie ⁊ melioris q; ꝑ prius parrochialis. q: si ineſt aliquis defectus i parrochiali magis excusat subditus ei ꝓfitẽdo q; alteri. cum superiores eum instituẽdo ꝑ sufficiente eum approbare videantur.

34 ¶ Quid si aliquis vult sepius cõfiteri in anno nũquid sacerdos parrochialis teneꝫ eum totiẽs audire. ſ. ſm Ri. in. iiij. di. xvij. q. sic. de necessitate ꝑcepti si ille qui vult confiteri de necessitate habet confiteri. Si vo nõ teneretur de ꝑcepto confiteri: nec sacerdos ꝓfatus obligareꝫ eũz audire nisi ꝺ consilio. Addit tñ Ri. q. si subditꝰ vult pluries confiteri ⁊ sacerdos noluerit audire. q. tunc talis libere potest ꝓfiteri alteri ꝓfesso ri. ⁊ ille potest eũz absoluere: nisi eius sacerdos eũ ad determinatũ ꝓfessoꝛẽ miserit. q. si nõ vult eũ audire nec aliũ determinatũ assignat. videtur tacite ei licẽtiã dare. vt ꝑ illa vice alteri cõfiteaꝫ cui voluerit. Sz sic clericꝰ si poterit absoluere ni si ab his a gbus ꝑprius sacerdos potuisset.

¶ Onfessio iiij. quo ad qualitatez illius cuius fienda est

Circa quod queritur.

1 ¶ Qualis debz esse ꝓfessor. ſ. q. dz habere. v. ꝓmo bonitatẽ vite. ſ. vt nõ sit i peccato mortali. de. pe. di. vi. c. i. Vnde exſis i peccato mortali qñ absoluit penitentẽ nisi ipe de sua mortali culpa peniteat. grauiꝫ peccat. ſm. ſ. Bo. in. iiij. di. xix. Immo mortaliꝫ. ſm Dir. ti. xv. li. i. ar. d. c. i. vide quod. s. ꝺiri clericus. viij. §. i.

2 ¶ Sed nunquid tali scienter confitens peccat mortaliter. Dic vt. s. clericus. viij. §. ij.

3 ¶ Secũdo debet habere sciam. Sed quantam sciam debeat habere necessario. ſ. ſm. ſ. Bo. in. iiij. di. xvij. ⁊ elicitur ex. c. nulli sacerdotum xxxviij. di. q. tantam sciam debet habere q. sciat discernere in peccatis cõibus qõ veniale ⁊ quod mortale. ⁊ q. sciat semp ad que peccata sua ꝓãs se potest extẽdere. Ratio q: alia pnia ꝑ mortali alia ꝑ veniali ẽ imponenda. Item q: si esset ali quod peccati genus ad qõ nõ posset manũ extẽ dere: nisi hoc cognosceret in periculũ anime eiꝰ audiret confessiones. ⁊ etiã ꝓfitentiũ: Vnde ho mines qui hoc cognoscũt tenenꝫ ꝓsulere discere/ tos. alioquin vter q; peccat grauiter. Et hoc vo luit dicere Aug. de pe. di. i. qui vult. Est ⁊ alia scientia qua quis scit per habitũ acquisitũ discer nere inter ꝓpetates peccatoꝝ. ⁊ hec est ꝺ bene esse. In talibus enim semp debet securiorẽ viã eligere ⁊ sapientes cõsulere. h ex. S. Bo. Et h tene. q; uis diuersi diuersa dixerint sup hoc. Ad uerte tamẽ q. si dubiũ versetur circa aliquod faci endũ vel dandũ. vel penã subeundã. tunc beni gnior opi. est eligenda. ff. de eo qꝺ cer. lo. l. qꝺ si ephesi. Vnde in. c. fi. de transact. dicit. In his super quibus ius nõ inuenit expressum ꝑ eccas equitate seruata: semp in humaniorẽ partẽ decli nando. ſm q. ꝑsonas cãs loca ⁊ tempora vide ris postulare. hec ibi. Hoc idem tenet Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. ⁊ iu. nisi forte cẽt ali quid faciendũ qꝺ facilit posset expediri. Si vero dubiũ esset vt abstineat. tunc securior ps est eli genda. ſ. abstinere. ſPur si diuersitas esset inter doc. ⁊ penitens ex aliqua rationabili cã vult ad herere vni opi. nõ est sibi deneganda absolutio sed sue ꝓscientie relinquẽdus. Quid aũt sit dubi um ⁊ opi. ⁊ quid fiendum in his. vide. j. Du biũ. ⁊ opi. Similit ⁊ sacerdos nõ debet asserere mortale id de quo nõ ẽ certus. ne initiat laqueos alteri. nec teneꝫ de singulis que audiuit determi nare si sunt mortalia vel nę. sed de quibus ẽ cla rũ. nõ de quibus sunt varie opi. vel etiã ipe pe nitẽs nescit exprimere mentẽ suã circa ꝓsensũ vl̃ morã. Hen. tñ in quoꝺ. sic distinguit. q. peccata sunt in duplici genere. Quedã iõ q; ꝓhibita. alii ter nõ ẽent mala. vt nõ audire missam in festo ⁊ hmõi. que sũt de iure positiuo mero. ⁊ talia debz scire ꝓfessor: nisi habeat cãz rõnalẽ que eũ excu set. puta q; absis ⁊ hmõi. Alia sunt peccata q; de se sũt mala. vt ea que sũt ꝓtra ius diuinũ. ẽt si ab hoĩe nõ sint. ꝓhibita. ⁊ hoꝝ quedã sũt capitalia. ſ. vij. quasi clemẽta. ⁊ ista oz scire de necessitate. Quedã sũt spẽs capitaliũ. vt illa q; recipiũt hoꝝ ꝑdictionẽ. vt fornicatio: ebrietas: ⁊ hmõi. Ita fornicatio luxuria ẽ: ebrietas gula ẽ. Et horum spẽs q̃dã iportãt malũ de substãtia sui actus. eo q. stati notata hñt annexũ malũ. vt fornicatio. ⁊ talis confessor teneꝫ scire vtrũ sint mortalia: vel nõ. Quedã de substãtia sui actus nõ hñt õformi tatẽ: ſz ex libidine faciẽtis. sicut cognoscere vxo rẽ ꝑpriã nõ ẽ peccatũ. ſz ex libidine sic ẽt ẽ mor tale qñ excedit limites matrimonij. ſ. ẽt si nõ cẽt sua. ⁊ talia nõ oz q. ꝺe necessitate confessor sciat vtrũ sit mortale. vel veniale. Alia sũt petã q; sunt

20 ¶ Sextus decimus. qlibet donare ꝓhibetur vltra quingentos solidos. vt. C. de dona. l. pe. in fi. qd̃ est verum sine insinuatiõe prece dẽti. Excipiuntur. vij. casus. Primus in magistro militum qui res mobiles tã suas q̃ꝫ ex spolijs hostium habitas donare põt militibus. Secundꝰ casus qñ quis donat ꝓ reparatõe domus ruꝑte ex ruina vel incẽdio. Tertius in redẽptione captiuoꝝ. bi sunt i. d. l. pe. in glo. ibidẽ. Adduntur quartus in donatione imperiali. Quintus i donatiõe ꝓpter nuptias vsq̃ ad quantitatẽ dotis Sextus i donatione cã mortis. Addo ego septimũ in donatiõe in piam cãm. vt in. l. sancimus. C. de dona. Et lꝫ glo. ibidem. in. d. l. sancimus velit q̃ ī piã cãm non valeat sine insinuatiõe nisi vsq̃ ad octingentos solidos. tñ tu tene q̃ vꝫ. si cut tenet Bar. in. l. illud. C. de sa. san. ec. ꝓ idẽptitatẽ rõnis. d. l. pe. Cum insinuatione autem valet vsq̃ ad quãcũq̃ sũmaꝫ facta indistincte ab bis qui donare possunt. vt in. d. l. pe.

21 ¶ Quid si sit facta donatio duobus de maiori sũma q̃ꝫ quingentorum solidorum sine ſinsinuatione. ſ. q̃ non valet. Tex. est in. d. l. sancimꝰ. §. ne autem cõmunione.

22 ¶ Quid si donatio sit facta in singulos ãnos ciusdẽ quantitatis que singulariter non excedũt sũmã: sed simul oẽs sic. ſ. q̃ non vꝫ ſm Host. qz ẽ donatio vna. l. senatꝰ. §. fi. ff. de do. cã mor.

23 ¶ Sed qd si fiat diuisim per plures donatões vltra prefatam sũmam. ſ. Albri. in. l. illud. C. de sa. san. ec. q̃ nõ valet: qz ad hoc vt cesset necessitas insinuationis requirit. distantia in tẽpe. vt d. l. sancimus. §. fi. Sat enim vnus impetꝰ quẽ lex per insinuationem voluit refrenare. C. de in offi. dona. l. pater. Aliter prevalerẽt ꝟba rei ꝺ̃ l. ij. in fi. C. coia dele. vbi dicitur. Mos. n. non verbis sed ipsis rebus legem imponimus. Sat cit. ff. de castren. pecu. l. si forte. Nam vnus impetus facit plura esse vnum. ff. ad. l. aquil. l. illd̃ §. fi. eꝫ de or. cog. c. cum dilectus.

24 ¶ Sed nunquid reuocabit tota donatio si excedat sũmam facta sine insinuatione. ſ. q̃ non. ſꝫ solum excessus dictis. cccc. soldis. vt in. l. sancimus. C. de donatio. ꝛ quid valeat soldus. vide infra. Ludus. §. ij. in fi.

¶ Sed quid est insinuatio. ſ. Albri. in. d. l. illud q̃ cõsuetudo vꝫ admittere q̃ insinuatio ẽ per superiorẽ auctoritatis prestatio qd̃ vꝫ inuere glin antẽ. vt non fiant pignora. §. illud. vnde ad cautelã solẽt hec verba poni q̃ coꝝ eo donatio insinuata sit. ꝛ ita cõiter fit. lꝫ ꝓprie insinuatio fit ꝑ̃ existentis donatiõis in scripturã autẽticã redacte apud ꝓpetentem iudicẽ facta publicatio. ꝛ eiꝰ auctoritate in publica gesta seu acta facta reductio vt colligitur. l. in hac. C. de dona. iuncto. §. illud. in auten. vt fratrum filij. ꝛ in. §. non habẽte. de defen. ciui. ꝛ in. §. ꝛ hoc peruenit. vt nulli iudicum. vt sic inter tempus donationis ꝛ insinuationis posset deliberare an expediat. vt ī autẽ. de appel. itra que tempora circa principium.

¶ An insinuatio possit fieri die feriato. ſ. Albri. in dicta. l. illud. q̃ sic. qz non exigit cause cognitionem. Ergo quolibet die potest fieri. ff. qs ordo in b o. pos. ser. l. ij. ꝛ etiam qz est actus voluntarie iurisditionis. C. de ferijs. l. actus. 26

¶ Cui iudici debet fieri. ſ. Albri. in. d. l. illd̃. q̃ iudici loci. l. data. in fi. C. de donatio. 27

¶ Decimusseptimus donare non possunt q̃ do minium i re quã donare volunt non habent sic̃ sunt raptores: fures: ꝛ huiusmodi. qz nemo plꝰ iuris in alium transferre potest q̃ꝫ ipse habet. l. nemo. ff. de regu. iur. Sat acit. l. traditio. in prin. ff. de acquir. re. do. vide aliquas exceptiones in dicta. l. traditio. sed nihil ad nos. 28

¶ Decimusoctauus. prelati ꝛ alie persone eccle siastice que non possunt res ecclesiasticas mobiles vel immobiles pretiosas alienare: sine certa solemnitate. de qua. ſ. alienatio. Res autem mobiles prohibentur in vsus inhonestos alienare vide supra. Clericus. iij. §. iiij. 29

¶ Quomodo episcopus potest donare ꝓ ꝓstruendo monasterio. vide in. c. apostolice sedis. ſ. dona. qz paꝛ ad simplicẽ ꝓfessorem pertinet. 30

¶ Decimusnonus. illi qui sunt non soluendo creditoribus. vide. ſ. Alienatio. §. xxvi. 31

¶ Vigesimus illi qui propter causaꝫ illicitã donant. puta femine pro meretricio. Sed aduerte q̃ meretrici publice sine concubine valet promissio siue donatio. ꝟ Bar. Bal. ꝛ An. post Cy. in. l. affectionis. ff. de dona. ꝛ in. l. ij. C. de condi. ob tur. cãm. lꝫ glo. in. d. l. affectionis. velit q̃ vꝫ non quo ad actionẽ. sed quo ad exceptionẽ sed reprobatur a predictis: sed pro meretritio facto cum nupta. vidua vel virgine. qđ de iure ciuili punitur nõ valet promissio. sed donatiõe facta potior est conditio possidentis. nisi sit miles vt dictum est. ſ. Verũtamen fiscus posset auser 32

re a mulíere. vt notat ℭy. in.l.ij.ff. de condi. ob tur. causam. & in tex.l.Iutius.in fi.ff. de iur. fis. & ista est vera opinio. licet alij indistincte ve/lint q̄ non valeat. & male. & idem dic de donatione facta p̄o quocūq; q̄ lege punitur. & sic intel/lige. d.l.affectiones.

35 ℭ Vigesimus primus. illi qui iudici seu p̄sidi aut alijs officialibus quibus ē constitutū salariū suū aliquid donāt. siue ante siue post depositum officiū ꝓ aliquo beneficio tempore administra/tionis p̄stito. nā tam donās q̄z cui donat conui ctus quadrupli pena plectit. vt in.l.fi. C. ad.l. iul. repetun. Intelligit glo verū quando occulte dat. secus si palā ꝓpter.l.i.ff. de polli. que ē cō tra. Facit ꝓ ea tex.in.l.barbarius. ff. de offici. p̄fec. Iudices autem delegati eccl̄iastici nihil possunt recipere. nec eis donari. nisi solū esculē tū & poculētū q̄d in paucis diebus possit ꝓsumi: & mera liberalitate donatū. Idē dic de ꝓseruato re. vt in.c.fi. de offi. dele. li. vi. Idē dic de iudi ce seculari. de quibus vide iuder. §. viij.

34 Vigesimus secundus. Illi qui visitatorib⁹ suis ali quam pecuniam: seu eorum famulis. vel quod/cūq; aliud munus donare volunt. de quo vide. §. visitationem. §. iij.

35 ℭ Vigesimus tertius. illi q̄b⁹ per statuta munici palia ē ꝓhibitum nisi cum certo modo donare. & si donationē ꝓ anima possit ꝓhibere. vide im munitas. §. xlvi. & xlvij.

36 ℭ Vtrū donatio possit fieri absenti. ℟. q̄ sic. si/ue mittas qui ferat. siue iubeas q̄ ipe penes se q̄ habet de tuo teneat. sed ignoranti non potest. vt in.l.absenti. ff. de dona.

37 ℭ Vtrū donator teneat de euictiōe donatario. ℟. gl. in.l.aristo. ff. de dona. fm Azo. q̄ sic. ho die cū assimilet vēditioni. insti. de dona. §. alie. Sed ipa glo. distinguit q̄ aut fuit de ea ꝓmissus & sic tenetur. C. de euic.l.ij. Maz. ꝓ qualibet cau sa promitti potest de euictiōe. ff. de edi. edic.l. sci endum. Aut non fuit promissum. & tūc aut cepit donatio a datione siue traditione. & non tene/tur de euictione. sed de dolo si intercessit. aut ce/pit a pactione vel ꝓmissione. & tunc agi potest. vt in.d.l.aristo. & C. de iur. do.l.ad res. ff. de ver. ob.l. vbi autem. §. fi.

38 ℭ Vtrum donatum ab eo qui non potest dona re sit restituendus de necessitate a donatario. ℟. q̄ sic. fm q̄s patet per supradicta. & fm supradi ctas distinctiones.

39 ℭ Vtrum donatum ambassiatoribus acquirat eis vel domino. ℟. fm Bar. in.l.si vero. §. itē quicquid. ff. solu. ma. & per ℭy. in.l.fi. §. sed cū in secūdā. C. de fur. & per Bulier. in.l. qui pro

p̄tio. in. §. ꝓcuratos. ff. de ꝓcu. & glo. vtrobiq; q̄ acquirit ambassiatori si donat tanq̄z persone. Facit.l. socius qui. §. i. ff. ꝓ socio. vbi donatū so/cio occasione societatis cedit donatario nō societati ex quo donatū ē persone nō societati. secus si do/nat ratione officij. quia acquirit domino. ff. de ca stren. pecu.l. si forte. & l. miles. la. ij. Bal. in. c. postulasti. de concess. p̄bē. dicit q̄ in dubio debe mus attendere qualitatem doni. & si talis sit res q̄ potius creditur donata domino q̄z ambassia/tori. vtputa leo. & huiusmodi tūc acquirat domi no. alias no. Vel pot dici q̄ si ꝓsona ambassiato/ris antea erat nota tūc videat intuitu ꝓsone. Si vero solū ē nota ꝓpter officiū sic intuitu offici da/tū videat.l. si forte.l. miles. la. ij. l. dotem. §. he reditatē. ff. de castren. pecu.

ℭ Vtrū quādo donat vel legat isto mō: dono 40
vel lego tale terrā que ē infra tales confinales: q̄
ē. xx. ingerū. que tamē ē. xxx. vel lego vxori mee
talia iocalia que sunt precij cētū ducatorū. & tamē
sunt ducentorū: donatarius poterit ne bona con
scientia tenere. ℟. Bal. in rubrica de emp. & vē
di. C. dicit q̄ Jo. an. in addi. ad spe. ti. de emp.
& ven. refert & sequit dominū suū qui fuit Do
ardus ꝓ filio. cccxxij. q̄ potest totū retinere per
l. si fundū sub conditiōe. §. si libertus. in fi. ff. ō
le. i. l. cū pater. §. pater qui filio. ff. de le. ij. Sed
ipe Bal. dicit multū differre: an quis exprimat
ꝓceptū suū incipiendo a numero vel mēsura. vt
puta dono tibi quatuor modia terre in tali confi
nio. & tūc nō veniat plus. vt. l. si quis testamēto.
in p̄n. ff. de le. i. An exp̄mat per nomina ōsignā
tia certā speciē. vel corpus determiatū. lz postea
mensurēt. quia tūc mensura ē loco demōstratio
nis. que falsa nec viciat nec minuit id cui addicit
l. demōstratio. ff. de condi. & demon. Facit. l. si
vēditor. ff. de actio. emp. & vē. Hoc sequit Pe
trus in. c. per tuas. de dona. vbi dicit. q̄ si vir le
gat talia iocalia vxori que extimat centū. q̄ lz va/leant duplū nō poterit heres minuere. sed totū
habebit. Similit si minus valēt nō poterit plus
mulier petere. Idē dicit de vēditiōe seu emptiōe
Et sic solue.l.pe. i. §. fi. ff. ō ac. emp. & ven. per
hanc distinctionē. Vel breuius in emptiōe dic.
q̄ si p̄ciū taxat ꝓ modia nō habebit illud plus. se
cus si nō taxat per modia. Idē dic in vendente
si ē minus. vt tenetur fm predicta.

ℭ Vtrū donatio mera possit reuocari ex peni/ 41
tētia. ℟. q̄ nō. ar. c. veruz. de cōdi. appo. Facit
d.l. aristo. §. fi. Et ideo dicit Bar. in.l. fi. ff. de
condi. ob causaz. q̄ donatio ē ptractus nomina
tus & no. in.l. iur. gētū. ff. de pac. in p̄n. Hāz
nomē elegans: nec reuocat pnia sicut alij Jctus

noīati. vt.l.fi pecuniā. in ꝑn. ff. de ꝓdi. ob cāz.

42 ¶ Vtrū donatio mera reuocet ꝓpter aliquaz cāz. ℟. vt colligo ex.l.fi. C. de reuo. dona. ⁊ ex c.fi. de dona. cū ibi no. q͡ sic ꝓpter vndecī causas. ¶ Prima ꝓpter defectum causę ꝓpter quam res ē donata. c. qđ a te. de cleri. coniuga. de quo dic vt. j. §. xlvij. Secunda ꝓpter conditionem adiectā. c. verū. de condi. appo. de quo dic vt. j. §. xlvi. Tertia ꝓpter dati enormitatem. puta cū pater donat tantuz q͡ filio hereditas non remanet. xlij. q. ij. si quis iratcitur. dic vt. j. causa. x. ⁊. xi. Quarta cū donatarius manus violentas iniecit in donatorē. Quinta si atrocē iniuriā fecerit. ſ. verbalem aut cū fugauerit vel in carcerē intruſerit. ⁊ huiuſmodi. vt differt a precedenti. Sexta cū graue damnū rebus donatoris intulit puta in tota vel in maiori parte ſubſtantie poteſt etiam eſſe citra maiorem partem ſubſtantie. ⁊ iō erit arbitrarium ſm Jo. an. in. d. c. fi. Septima quando inferre ꝑſumpſit vite periculū: licet effectus non ſit ſecutus. ſ. ponendo inſidias. Octaua ſi conuentus in donatione poſitas nō ſeruauerit quas ꝓmiſit. Hec quinq͡ ſupradicta immediate habent in. d. l. fi. Adde ℔ glo. ibidē. Mona ſi donatarius negligit alere donatorē inopē qđ intellige ſm Cy. in. d. l. fi. verū ſi donatio cō ſiſtit in magna re ſeu qualitate. Et ſic limita. d. glo. per iura allegata in ea que loquunt. quādo libertas ē donata. vt. l. alimēta. ff. de liber. agno ⁊ aut. vt liber. de ce tero. §. illud. ff. de iure patro. l. diuus. la. i. ⁊. l. ingratus. Vnde donatō facta liberto reuocat ſolū ex obſequio nō preſtito ⁊ etiā emptū ab eo ex pecunia donata. vt in. l. i. C. de reuo. dona. ſed nō libertas. C. de libe. cauſa. l. ſolo. Sed hoc ē ſpeciale in liberto nō i aliis vt ex ſola non preſtatione res ex pecunia donata empta reuocet. vt i. d. l. i. no. gl. Adde no. ꝑ iſtis mulieribus ⁊ ſimplicib⁹ que fere omnia donāt ⁊ demum negliguntur alimentari a donatario. Si vero ſit modicū quid donatū: non reuocatur donatio ꝓpter alimenta denegata. Et ſic intelligit glo. in. l. in condemnatione. ff. de re. iur. que vult q͡ non reuocetur donatio ꝓpter alimēta denegata. Et nota in predictis cauſis reuocari donationē ꝑ donatorē. non per heredes etiam ſi talis ingratitudo ſic cōmiſſa in donatorem non in heredes. vt in. d. l. ij. §. fi. no. Decima cauſa ex ꝑſumpta voluntate donatoris vt propter natiuitatē filioꝝ ſupuenientē. ⁊ in hoc ſunt varie opiniones q͡ videt iura varia. vide ſi placet. Bar. in. l. titia. in. §. imperator. ff. đ le. ij. Vndecima cā eſt ℨ voluntatē donatoris rōne inofficioſitatis. Circa qđ nō. Bar. in. l. ſi vt allatis. C. de iofficioſa dona. ſic diſtinguentē. q͡ aut donatio eſt inofficioſa re. ⁊ conſilio. ⁊ tunc ſi eſt facta liberis reuocatur quatenus eſt inmoderate factum. vt. l. ſi liſat C. de inofficioſo. dona. Si vero ſit facta cīrcūſ. ſic reuocatur in totum. d. c. ſi quis iratſcit. Aut donatio eſt inofficioſa re ſolum: ⁊ ſic reuocat ſemp. q͡ tenus eſt inmoderate geſtū. Explificat Aug. in d. c. ſi qs. q͡ qui qs iratſcens filio exheredat eu⁹ ⁊ donat omnia ſua eccleſie: q͡ nō eſt ſuſcipiēn q͡ in officioſa re ⁊ conſilio. Si vero cōputat xp̄m filiū hūs ipſe alium. vel ſi hūs duos filios. xp̄m ꝓputat tertiū. vel habens duodecim: xp̄m ꝓputat tertiūdecimū: ⁊ oībus eque relinquit: ſic non facit inofficioſe ⁊ valet.

¶ Sz qđ ſi fuit facta monaſterio reuocabitur ꝓ 43
pter ſupuenientiā filioꝝ. ℟. ℔a. in. d. c. fi. q͡ in totū. q͡ monaſteriū eſt loco filij. ⁊ quia donatio eſt facta fauore anime: ſed ſolum reuocabitur quo ad legitimā debitā. hoc idem ſentit glo. etiā in donato eccleſie. xvij. q. vl. c. fi. ⁊ alia gl. xxvij. q. i. c. vtlex ꝓtinentie. Et hoc verum iure fori. ſ. iuris ciuilis. ſed iure poli. i. quadam naturali equitate reuocatur in totum. vt ſentit glo. in. d. c. fi. ⁊ in. d. c. ſi quis iratſcitur. ⁊ h rōne preſumpte voluntatis donatoris.

¶ Vtrū ſi ſit iuramēto firmata reuocabit ꝑ ꝑ 44
fatas cās. ℟. ſm. d. An. in. d. c. fi. q͡ ſic. ex ſubſtentia cōditionis que eſt in iuramento.

¶ Quid ſi dictum ſit per pactū q͡ nō poſſit reuo 45
cari preterita alicuius ingratitudinis. ℟. q͡ tale pactū nō tenet. q͡ equitati nāli ꝓiū eſſet. ſ. q͡ aliquis impune ingratitudinis vitium committeret. C. de inuti. ſtipula. l. ex eo.

¶ Vtrum donatio ꝓditōalis reuocet. ℟. q͡ pē 46
dente conditōe nō pōt. q͡ ex futuro euentu pēdet facit. l. potior. §. videamus. ff. qui po. in pi. ba. nec etiam purificata conditione. quia eſt vera et mera donatio. Si vero conditio deficiat non reuocatur. quia quod non eſt: reuocari non poteſt c. ad diſſolueñ. de deſpon. impu. erit ergo perinde ac ſi non fuiſſet donatum.

¶ Vtrum donatio facta ſub modo poſſit reuo 47
cari modo non ſeruato. ℟. vt colligo ex nō. per doc. in. c. verum. de condi. appo. q͡ aut modus fuit principalis cauſa: ſeu finalis contractus. et ita poteſt reuocari. vt dicit Bar. i. l. ij. §. fi. ff. đ dona. Facit. l. cum te. C. đ pac. inter emp. ⁊ vē. vbi reuocatur contractus nominatus nō impleto modo quando modus fuit cauſa principalis ꝓ trahendi. Et ſic intellige. l. ea conditione. C. de reſcin. vendi. Aut modus non fuit cauſa finalis donationis. ⁊ ſic non reuocatur ceſſante modo. Facit. l. mevia. ff. de manu teſta. vbi libertas le

gata tribus seruis sub hac conditiõe vt alternis vicibus luminaria accenderent super sepulchr̃ eius nõ reuocar̃. q̃uis modus non ipleat̃. quia ter. non ꝓsiderat vt causa finalẽ libertatis date modũ. sed vt causa ipulsiuã. Et si sumus in dubio si donatio ẽ in piã causa: fauore pie cause: vi debit̃ contẽplata pia causa ꝑ finali causa. vt vi/deat velle Bar. in. l. ea conditiõe. C. de rescin. ven. ⁊. l. si pecuniã. in pn. ff. de condi. ob causã al's nõ. Ex his iferr̃ q̃ donatio facta ecclesie sub modo nõ reuocar̃. si modus non seruet̃. nisi ex pssũ fuerit q̃ possit reuocari. Ratio quia donatũ ecclesie sub modo videt̃ donatũ ꝑ salute anime ꝓncipalit̃. c. requisisti. de testa. Facit glo. in l. si quis ticio. ff. de le. ij. Et ideo modus appositus non videt̃ causa finalis sed ipulsiua. ⁊ ideo cessante causa ipulsiua nõ cessat effectus. nisi sit exꝓsse actũ. ⁊ ꝑ hoc facit. d. l. mecuia. Facit ter. in. l. legatũ. ff. de admi. rer̃ ad ciuita. perti. iun/ctis que no. ibi Bar. ⁊ in. l. legatũ. ff. de vsufr. lega. ⁊ Bal. in. l. i. ff. de his que pene causa re/li. ⁊ in. l. cũ aliena. C. de lega. Mã in dictis. l. legatũ. ⁊. l. legatus. probatur q̃ si testator reliquit mille ad honorẽ suũ rei publice. vt inde fierẽt ludi annui. vel fabrica que iure impedient̃ fieri non possunt. q̃ illa pecunia conuertatur ad alium vsum qui cedat in honorem testatoris. nec reuocatur legatum: quia ad honorem suum est causa finalis.

48 ¶ Ipone'q̃ solus p̃latus ẽ qui nõ fuat modũ nũquid reuocabit̃ q̃n dictũ est q̃ possit reuocari. R. Vin. in. c. verũ. de cõdi. appo. tenet q̃ nõ q̃ delictũ p̃lati solius nõ nocet ecclesie. Regula de lictũ. li. vi. Et idẽ sequũt doc. cõmunit̃ in. c. bre ui. de iureiur. secus si p̃lat⁹ cũ capitulo. Aduerte q̃ aliud ẽ si donatio sit sub ꝓditiõe. q̃ si solus p̃latus eã nõ seruat nõ valet donatio. ratio q̃ in acquirendis solus p̃latus potest nocere ecclesie: non in acquisitis. vt nota. glo. ⁊ docto. xvi. que stione. vi. ꝯ. fina. ⁊ Innocen. in. c. fraternitatem. de dona.

49 ¶ Vtrũ cũ dictũ est q̃ possit reuocari requirat̃ sententia. R. fm Inno. in. d. c. verũ. ⁊ Io. d. An. ⁊ Lar. ibidẽ q̃ sic. Alij vt Bal. in. c. ecclerũ. de fo. cõpe. ⁊ in. c. illud. de presump. tenent contrariũ. ⁊ angelus in. l. pe. ff. de pac. ⁊ glo. in aut. vt de ectero nõ fiant cõmutatiões. ꝯ. i. Sed verius est ꝓmũ. q̃ nemo sibi ius dicit. xvi. q. vi. placuit. de prebẽ. cum qui. li. vi. C. vnde vi. l. si quis in tantam. q̃ si dictũ ẽ vt ꝓpria auctoritate: tũc poterit. vt tenet Io. in. d. c. verũ. ⁊ in. c. cũ dilecti. de dona. ⁊ cõit doc. in. d. c. verũ. Bar. in l. creditores. in. vi. col. C. de pigno. ⁊ no. Idez Bar. in. l. fi. ff. vt in pos. le. nisi eẽt sacra effecta. l. si quis curialis. C. de epi. ⁊ cle. Limito nisi eẽt de facto resistẽs. q̃ tũc pactum nõ valet. vt dicit Bar. in. d. l. creditores. prestaret eni materiã veniendi ad arma. qđ nõ licet.

¶ Quid si donatũ alicui sit ecclesie vl̃ alteri cũ pacto q̃ non possit alienari. R. fm. d. An. in. d. c. verũ. de condi. appo. q̃ aut ponit post contractũ donatiois ⁊ nõ ipedit alienationem. nec alíquid operatur circa contractum. l. donatio perfecta. C. de dona. que sub modo. Aut ante contractum perfectum. i. ante traditionem. tamen post obligationem. ⁊ tunc fm Cardi. in dicto. c. verum. nihil operatur tale pactum per glo. in. l. vnica. ꝯ. accedit. C. de rei vxo. ac. Aut pactũ apponitur tẽpore contrahende obligationis. ⁊ tũc aut reseruat sibi aliq̃d ius in re qua tradit ꝑ obligatõe. ⁊ etiã apponit ꝓhibitionẽ de alienatione ⁊ tunc non valet alienatio. l. si creditor. ꝯ. fi. ff. de di. pi. iuncta glo. ibidem ꝫ litterã pisanã que hz litteram negatiuã. s. nullã vẽditionez esse. Aut nullum ius sibi reseruat: sed alteri. ⁊ tunc secũdũ. d. An. eadem est ratio. vt non valeat alienatio Aut nec sibi nec alteri reseruat ius in re donata. ⁊ tunc si alienat o sequatur vz. sed aget qui pactum apposuit ad extimationem. l. ea lege. C. de condi. ob causam. ⁊. l. pe. ⁊ ibi Bar. ff. de pac. Aut apponitur prohibitio de alia re non alienãda. ⁊ non valet tale pactum. ⁊ ita loquitur. d. l. pe. nisi paciscentis interfit de non alienando. q̃ aget ad interesse. ita no. in. dic. l. penultima. Et hoc verum in priuato. In ecclesia autem si alienat semper videtur interesse dantis cum tali pacto. de non alienando. quasi sit fauorabile anime dantis. nisi quando alienaret in causa necessitatis. Intellige quando aliter prouideri non potest. quia sic donator si non voluisset turpiter intellexisset. nec valuisset ꝓhibitio. c. sicut bi. xlvij. dist. cum ibi no. in glo. c. i. lxxxiij. dist. vel quãdo alienaret ob magis piam causam. fm. d. An. vbi supra. Facit. c. licet. de regula. c. peruenit. el secundo. de iureiuran. ⁊. c. auruz. xij. q. ij. C. de sacro sanc. eccle. l. sancimus. q̃uis alij tenent contrarium.

¶ Sed quid si dictum sit q̃ non possit alienari: ⁊ si alienetur: tunc liceat ipsi ⁊ heredibus suis fũdum ad se reuocare. R. iuriste cõit tenẽt q̃ nõ possit alienari. se Ber. brix. in questionibus suis. q. iiij. tenet q̃ de equitate canonica potest ob piam causam: q̃n alia nõ habet que comode possit alienare. Et idem tenet glo. in. c. imperator leor. q. ij. Et no. q̃ hec supra posita distinctio valet de omni contractu in quo ab homine alienatiõis

ꝓhibitio apponitur. Si aũt ꝓhibitio fita lege ⁊ tũc nulla ẽ alienatio i.l. quẽadmodũ. C. d agri. cen. ⁊ co. ⁊. c. ecclesia sancte Marie. el primo. ⁊ ibi ℑpa. vt lite pen. Si aũt ꝓhibitio talis ponit ab homine in viã testamenti vel vltime voluta/ tis. tũc dic vt in. l. filiusfamil. §. diui. ff. de le. 1. dicit quomodo sine causa non potest oportet er go causa exprimat. vide diffuse ad propositũ no strũ infra. legatum. ij. §. xi.

52 ¶ Vtrũ, ꝓhibiti donare donatiõe mera condi/ tionali. vel sub modo: ꝓhibeant donare ꝓpter bene merita que dicit remuneratiua. ff. q. non. quia nõ ẽ ꝓprie donatio. vt colligit ex. d. l. aqui lius regulus. ⁊ qõ no. in. c. si quos. xij. q. ij. ⁊ in c. consensus. de re. ec. nõ alie. ⁊ Bal. in. l. iube mus. C. de sacro san. eccle. nisi ꝓhibeat donare quia nõ habẽt administrationẽ in rebus liberã quas volũt donare. sicut sunt ꝓmi. ij. iij. iiij. v. vij. viij. ix. x. xi. xij. xiij. vel ꝓhibeant donari, ꝓpter legitimas causas. sicut sunt. xiij. xx. xxij. vel qui nõ possunt donare nisi in dammus alioꝝ. vt sunt. xix. vide etiã q dico. ℑ. imunitas. §. liij. Ad uerte hic q ista verba quando quis dicit se dona re ꝓpter bene merita. si ꝓferant ab eo qui libe/ re potest donare: tũc inducũt ꝓbationẽ ini casdẽ ꝑsonas. sed si de necessitate regrerent bene me/ rita vt valeret donatio tũc nõ sufficiũt talia ver/ ba enũciatiua. q nõ ꝓbãt bene merita ꝑcessisse. l. si forte. ff. de castren. pecu. ⁊ ibi Bar.

53 ¶ Vtrũ talis donatio remuneratiua possit re/ uocari, ꝓpter causas quibus reuocat alia mera. vel conditionalis: vel modalis. de quibus dictũ est supra. ff. q. nõ. vt in. l. si pater. ff. d dona. te/ net ℑpa. in. d. c. fi. quia fm eum iura scripta lo/ quentia de donatione non habent locum de hac donatione remuneratiua.

54 ¶ Vtrũ donatũ consanguineo in dubio pre/ sumatur donatus respectu consanguinitatis. ff. q. sic. ⁊ nõ respectu remunerationis. tex. ẽ in. l. tutor. §. que a tutoribus. ff. de excu. tu.

Donatio ij. causa mortis ẽ cũ quis magis vult habere se q̃s cũ cui donat. magis q̃s cum cui donat. q̃s habere dẽ suũ dicit tex. in. l. i. ff. de do. ca. mor. ⁊ in l. senatus. §. donatio. eo. ti.

1 ¶ Tres sunt species donationis causa mortis. Quedã fit quando imineẽte periculo mortis ita dat vt statim fit accipientis. Alia fit nullo metu ꝑsentis periculi sed sola cogitatione mortalitatis vt ab homine sano. Tertia sp̃es cũ donat causa mortis non vt statim fiat accipientis sed tunc de mũ cũ mortuus fuerit. l. ij. ff. eo. ti.

2 ¶ Conuenit donatio causa mortis cũ donatiõe simplici quia vtraq; donatio est. Itez quia vtra q; inter viuos conficitur ⁊ traditꝰ. differt q ista ex pnia reuocat. illa nõ. vt. l. qui mortis causa. ff. eo. Itẽ quia in ista. v. testes. in illa duo sufficiũt vt. l. fi. C. eo. ti. in dubio ꝓsumit donatio inter vi uos: nisi ꝓbetur contrariũ. vel fit facta mẽtio d mortẽ. vt no. glo. in. d. l. fi.

¶ Quõ dignoscit a legato. ff. q si verba sunt 3
cõmunia vel equinoca. tũc per traditionẽ rei vt per obligationẽ qua se obligat legatario cogno/ scit. aut qñ nullum istoꝝ interuenit dicit legatũ. vide qd legit ⁊ no. i. l. ij. ⁊. l. marcell⁹. ff. eo. ti.

¶ Conuenit in multis cũ legato. quia vtraq; ẽ 4
vltima voluntas. Itẽ q vtraq; quinariũ nume rũ testiũ requirit. Itẽ q in vtraq; substitutio lo/ cũ vendicat. vt in. l. i. C. eo. Itẽ q nec infirma/ tionẽ exigit. d. l. fi. Itẽ q nõ ẽ ꝑfecta nisi morte secuta. vt. ff. eo. l. nõ videt. ⁊ multis alijs de q/ bus dic. vt no. in dictis. l. marcellus. ⁊ l. fi.

¶ Differt a legato quia legatũ fit nolenti. ſz nõ 5
donatio causa mortis. Itẽ sepius donatus causa mortis tradit a donante ſz legatũ nõ. Itẽ quia donatio in singulos annos est vna. legatum ve ro plura. l. senatus. eo. ti. Item filiusfa. non le gat. sed donat causa mortis de consensu patris. Item ſz testamentum falsum fit vel nullum do/ natio tenet. ſz non legatum. ff. de bis qui vt in/ dig. l. pe. §. vltimo. ⁊ multis alijs de quibus vi de per totum istum titulum. ff. ⁊. C.

¶ Quõ reuocatur. ff. fm glo. in. l. non ois. in 6
ꝑn. ff. si cer. pe. q tribus modis tex. ẽ instit. d dona. §. .i. ℑprimus si donatarius ꝓmoriat q̃s dona/ tor. Secũdus si penitet donasse. Tertiꝰ cessan te conditione sub qua donatio facta fuit.

¶ Quid si iurauit nõ reuocare. ff. q. põt reuo/ 7
cari in duobus casibus. ℑprimus ex noua cã. vt ℑ. sepultura. §. xl. Secũdus si donauit oia bona q tũc iuramẽtũ induceret votũ captande mortis ⁊ ideo nõ tenet. q cet vinculũ iniquitatis. petet tũ ꝑ⁹ absolutionẽ a iuramento.

¶ Quis potest dare causa mortis. ff. q omnis 8
qui testamentũ facere non potest. non potest do nare causa mortis. Excepto filio fami. qui ſz te/ stari non possit etiã iubente patre. potest tamen donare causa mortis patre permittente. l. tã is. ff. eo. ti. Itẽ qui non potest donare inter viuos. non potest donare causa mortis. l. filiusfa. ff. de dona. Vnde dicit Bal. in li. de cõsue. feu. in ru bꝛica de ꝓhi. feu. alie per Fede. c. i. q quãdo no mẽ donatiõis ponit ꝓhibitiue tũc includit etiã donatio causa mortis. puta statuto cauet ne mu lier possit donare. vnde nec etiã causa mortis. q a quo remouet genus: ⁊ quelibet eius spẽs. d.

l.filiusfa.§.pari ratione. Sed quando nomẽ donationis ponitur permissiue. tunc non includit donatio causa mortis. quia non est ꝓprie donatio. vt.l.i.§.1.ff.de dona. vnde feudatarius cui a domino permissum est donare. non potest donare causa mortis feudũ.

9 ¶ Utrũ donatio causa mortis valeat facta ab eo qui capitale crimen cõmisit. ℟. q̃ non. siue sit facta ante crimen cõmissum: siue post: siue ante sententiã: siue post: cũ ꝛ testamentum rumpatur ꝛ omnia publicentur. vt.ff.eo.l.si aliquis. ℣ alit in re donata vxori: vt.ff.de dona. inter vir. ꝛ vxo. l. cum hic. §. si marit⁹. ꝛ gl. i. l. res vxoris. C. de dona. inter vir. ꝛ vxo.

Donatio tertio inter virũ ꝛ vxorẽ constante matrimonio si valet. ratio est ne mutuo amore inuicem spoliarent donationibus nõ tẽperantes. vt ter. in. l. i. ff. eo. Intellige si alter fit ditior. ꝛ alt pauperior. vt in. c. donatio. de dona. inter vi. ꝛ vx. Vel intelige verũ in donatione pura ꝛ simplici de qua. ff. donatio ꝓmo. in ꝓncipio. Secus i donatione remuneratiua quia non ꝓhibet. vt i. l. qd aũt. §. si vir. ff. eo. ti. vbi patet q̃ si vir donat vnã rẽ vxori. ꝛ vxor aliã viro. fit hinc inde ꝓpẽsatio. Et per hoc notabiliꝫ dicit Bar. in. l. si diuortio. ff. de ver. ob. ꝛ est glo. in. l. si i voluntate C. de do. ꝓ q̃ plebeius potest constituere dotez nobili. cui nubere vult animo donandi ꝛ ꝓferat in tẽpus matrimonij. quia ẽ remuneratiua ꝛ nõ simpler. ℣ acit ad hoc. l. aquilius. ff. de dona. Et sic limita iura ꝓhibentia donationẽ. nec solũ ꝓhibetur inter virum ꝛ vxorez. sed in eos qui ad eos pertinent etiã. aut interpositas personas. vt l. si sponsus. §. generaliꝫ. ff. eo. ti.

1 ¶ Quid si viro mortis causa donare volẽti mãdat vir q̃ donet vxori. ℟. q̃ donatio ẽ nulla. q̃ videt ac si vir donaret. l. idẽ q̃z. ff. eo. ti. Sec⁹ si volenti legare mihi: mando q̃ leget vxori. non facit donationem inter virum ꝛ vxorem. l. sed si vir. §. qd legaturus. ff. eodem. Ratio quia i donatione causa mortis etiã sine traditione transfertur dominiũ reuocabiliter tamẽ. l. ij. ff. de publi. secus in legato q̃ cedit solum a tempore mortis: vt. l. a ticio. cum si. ff. de fur. ideo in ꝓmo casu q̃sito dominio viro non potest. sed in secundo sic. quia non acquirit nisi morte secuta. Hoc limita verũ quando iã donauerat causa mortis ꝛ q̃si solum dispoſuerat donare valebi: si mutato ꝓposito ad instantiam viri donat vxori. quia sic ratio cessat diuersitatis delegato.

2 ¶ Utrũ vniuersaliter non valeat donatio inter virũ ꝛ vxorem. ℟. q̃ non. Sed fallit in. viij. casibus. ℣Primus in donatione imperatoris facta coniugi. vel econtra est ter. in. l. penul. C. eo. ti. Secũdus si edes vxoris incendio exuste sunt donatũ ad carũ extructionẽ a viro valet. inquantuz edificij extructio exposulat. l. q̃ si vir. ff. eodẽ ti. Tertius potest maritus constante matrimonio remittere vxori dotẽ sibi ab ea ꝓmissam. i toto vel in parte. vt est glo. singularis. ꝛ ibi Ly. ꝛ Bal. in. l. si constante. C. d dona. ante nup. Sz remissio alteri⁹ debiti nõ valet. sicut nec assignatio alterius debitoris. quia hec omnia donatiões sunt. d. l. si sponsus. §. si debitor. Quartus si ex tali donatione non fit pauperior qui donat q̃zuis cui donatur fiat ditior. vt si maritus istitutus heres ab aliq̃ nõ adijt hereditatẽ vt ad vxorẽ subsistutã perueniat. vel si repudiet legatũ vt remanet apud vxorẽ oneratã ꝓ legato per testatorẽ. vl si rogatus restituere hereditatẽ vxori nõ detraheret quartã causa donatiõis. vt in. l. si sponsus. §. si maritus heres. ff. eo. vbi ter. neq̃ eni paupertor fit qui nõ acquirit. sed qui d patrimonio suo deposuit. Idẽ dicas quando donat rem alienaz l. sed ꝛ si constante. ff. eo. ti. Intellige in tali casu quo ipe donans non teneatur restituere. vtputa de licẽtia domini dantis sibi liberam facultatẽ donandi. donauit. Quintus si cu i donatuz ẽ nõ fit ditior. q̃zuis donãtor fiat pauperior. vt si donauit ad emenda vnguenta. d. l. qd autem. §. i. Idem si donat vxori pecuniaz vt ꝓ cognato suo sportulas soluat q̃zuis ipa vxor pecuniam ipsam mutuo fuisset acceptura. d. l. si sponsus. §. penl. Idem dic si soluat vectigal ꝓ ea fm Mo. Idez si dat ad oblatiões faciẽdas vel aliam piã causaz fm eundem. heres aũt vxoris si expenderet inutiliter non propter hoc minus teneretur. vt in l. qd de bonis. ff. ad legem falci. quia satis est q̃ donatarius effectus est locupletior. vt no. ℣Pa. in. d. c. donatio. eodem titulo. Sextus quando donat in tempus finiti matrimonij. vt tunc res fiat mariti vel vxoris cum mors fuerit secuta. l. sed interim. in ꝓn. ff. eo. Septimus quando donat causa mortis cuiuscũq̃z speciei sit ista donatõ causa mortis. vt in. d. l. sed interim. in ꝓnci. nisi ita fiat vt nullo modo reuocetur quia nõ valeret fm glo. in. d. l. sed interi. Octauus qñ vxor donat viro cã dignitatis vel honoris adipiscẽdi. l. qd adipiscẽde. ff. eo. ti.

¶ Quomodo confirmatur donatio inualida inter virum ꝛ vxorem. ℟. q̃ in duobus casibus. ℣Primo morte donantis ꝛ non reuocantis tacite vel expresse. vt. l. i. ꝛ iij. C. eodem tit. ꝛ. d. c. donatio. Limita verum q̃ morte confirmatur i donatione que non est vltra. cccc. solidos. quia 3

si esset vltra. cccc. solidos ꝛ sit facta siue insinuatione non confirmat̃ morte. nisi expresse tunc approbauerit. Si approbauit expresse in morte valebit. vt legatū qđ nō indiget insinuatiōe. alꝫ nō ſm glo. ꝛ Jo. an. in. d. c. donatio. Jtē q nō fuerit facta simplici ꝓmissione. quia si sic nō valeret l. papinianus. ff. eo. ꝛ ibi Bar. dicit verū nisi interuenisset traditio vera vl'ficta. puta q ꝓfitetur se habuisse. qꝛ sic ꝓfirmaret̃. Requirit ergo traditio in vita donantis. vt donatio morte cōfirmetur. vt. j. pactū. §. xv.

4 ¶ Sed dubitat̃ an intelligatur iste casus ꝺ morte naturali tantū q cōfirmet talē donationē. ſ. q nō. sed etiā de ciuili illa qua perdit libertas ꝛ seruus efficitur. vt. l. cū hic status. §. si donator. ff. eo. Secus si efficitur seruus pene. vt. C. eo. ti tu. l. res vxoris. Ratio diuersitatis ſm glo. in d. l. res est. quia vbi efficitur seruus hominis est dominus qui potest reuocare. sed non vbi efficitur seruus pene. Hodie tamē ex delicto non ꝺꝫ damnari vt sit seruus ſm glo. predictā. Jtē de illa que ingreditur religionē. Licet Vincen. in. d. c. donatio. teneat q non ītelligatur de ista religiōe. Sed Jo. an. ꝛ Lar. tenent q sic. quia ingrediens censetur mortuus. l. fi. C. de epiſ. ꝛ cle. ꝛ. xvi. q. i. c. monachi. Sed opinio Vin. videtur verior in matrimonio consumato per. d. l. res vxoris. que requirit morte talē qua matrimoniū dissoluitur. quod non est in ingressu religionis nisi quo ad exercitiū. sed in matrimonio non consumato tene opinionem Jo. an. ꝛ Lar di. Secundo confirmatur iuramento ſm ſpa. in. d. c. donatio. qui dicit q hec est cōmunis opinio Bar. in. l. si quis ꝓ eo. ff. de fideiuſ. ꝛ in. l. seius ꝛ augerius. ff. ad. l. fal. idem tenet. sed i. l. i. ff. de dona. inter vir. ꝛ vxo. videtur tenere cōtrarium per rationem glo. in. d. c. donatio. quia videtur contra bonos mores. Sed dic verū cōtra bonos mores ciuiles. sed nō ꝓtra bonos mores naturales ꝓtra quos nō valet iuramentū. ꝛ dic q confirmatur.

5 ¶ Quid si matrimonium non tenuit. ſ. q licꝫ donatio ipso iure valuerit. quia tamen indigna persona eius fuit qui nec maritus dici potest revocari poterit. l. si ex voluntate. C. eo. ti. Jntelige si ignorabant. Si vero vterq; scit impedimentum ꝛ matrimoniū non tenere fiscus repetit ff. eo. ti. l. cum hic status. §. vlti. Et si nō repetet poterit tenere bona ꝓscia. lꝫ de bono consilio deberet dare pauperibus.

6 ¶ Vtrum donatio inter sponsum ꝛ sponsam ꝺ futuro teneat. ſ. glo. prefata q sic. allegat. l. inter cos. ff. eo. vbi dicitur. valere etiā si codē die matrimonium postea contrahatur.

¶ Quomodo reuocatur donatio inter virꝫ ꝛ vxorē. ſ. q in. v. ſPrimo per penitētiā. d. l. cū hic status. Secūdo si alienet̃ res donata per donatorē. l. si maritus tuus. C. de dona. inter. vir. ꝛ vxo. ꝛ in. d. l. cū hic status. Tertio quando pignori obligatur res donata a donatore: nisi aliud exp̃mat̃. d. l. cū hic status. Quarto si p̃moritur qui donationē accepit. de do. inter vir. ꝛ vx. c. donatio. ꝛ si moriantur sil'tenet ſm glo. ibidē. Quinto cū diuortiū fit ex displicentia. d. l. cū hic status. nisi expresse voluerit donationem valere. l. si interim. ff. eodem ti. Secus si causa religionis. si tamen matrimonium restauretur post diuortium non reuocatur. d. l. cum hic. Et idem dic de donatione inter socerum ꝛ nurum vel generum. ꝛ inter consoceros qui copulatos matrimonio i potestate habent. d. l. cum hic status. §. oratio. ꝛ inter patrem ꝛ filium non emancipatū vide glo. in. d. c. donatio. que hoc tenet. Jn dubio vero quando p̃sumatur donare vestimēta vide peculium. §. xxi. 7

Donatio iiij. ante nuptias. vel ꝓpter olim dicebat̃ ante nuptias donatio. Sed hodie non est nisi donatio ꝓpter nuptias. vt. C. de dona. ante nup. vel ꝓpter nuptias. in. l. fi. ꝛ fit in recōpensatiōnē dotis. ꝛ potest̃ fieri a viro hec donatio siue ꝓpter q contractū sit matrimoniū siue post contractū. vt in. d. l. fi. ꝛ dicitur antiferna ab anti qđ est cōtra ꝛ ferna qđ ē dos quasi cōtra dotē.

¶ Vtrum requiratur equalitas cuꝫ dote in ista donatione. ſ. olim si fiebat in constitutione dotis tunc non regrebatur equalitas. vt. C. ꝺ pac. conuentis tam supra do. l. ex morte. ꝛ. d. l. fi. Si vero dos prius erat constituta oportebat equalitas. vt. d. l. fi. §. sancimus. sed hodie qualitercū q oportet sit equalitas tam in donatione ꝓpter nuptias cū dote q in lucro super vtroq; ꝓ aut. equalitas posita super. d. l. ex morte. 1

¶ Vtrum soluto matrimonio donatio propter nuptias reuertatur ad virū. ſ. q sic. vt. d. l. fi. si cut ꝛ dos reuertitur ad mulierē. C. de re. vx. ac. l. vnica. §. illo ꝓcul dubio. Et hoc verū nisi pactuꝫ aliud habeat. Jsta si pactū est q lucret̃ donationē ꝓpter nuptias. ꝛ vir lucrabit̃ dotē. ꝛ econtra quia. d. l. fi. dicit q pari passu vadunt. s. quo ad pactū quia quale erit de lucrando donationeꝫ vel dotē tale ꝛ de contrario. 2

¶ Sed ad quid valet donatio ꝓpter nuptias ex quo vxor eam non lucratur. nisi ex pacto ſpeciali vt. d. §. illo. nec fructus habeat dicte donationis vt. C. eo. ti. l. si liberis. ſ. q valet vt sit securior 3

in dote. vt dicit glo. in. d. l. fi. Nam res suas vir alienat consentiente vxore. ⁊ renũciare potest iuri hypothecario qđ habet in alijs bonis mariti. vt. C. ad velle. l. etiam. Sed in donationis ꝓpt nuptias alienatione aut obligatiõe nõ potest mulier renunciare iuri hypothecario ꝓ iure suo qđ habet in hac donatione ꝓpter nuptias: nec valet consensus mulieris. vt. C. ad velle. auĩ. siue auie. nisi interueniat iuramentum. vt in. c. licet. de iureiurã. lib. vi. aut duo alia concurrãt. Primum q̃ vxor consentiat post biennium secunda vice. Secundum q̃ tantũ sit in facultatibus viri vt idemmutati vxoris possit consuli: non solũ tẽpore contractus vt quidam dixerunt. sed etiaꝫ tẽpore quo vxor agere potest. vt no. in. d. auĩ. siue a me. vel q̃ per. xxx. annos tacuerit. lꝫ secũdo nõ consenserit. vt no. Pa. in. c. nõ puenit. đ emp. ⁊ ven. Itẽ viro dissipante bona sua potest agere sic ꝓ donatiõe ꝓpt nuptias sicut ꝓ dote. C. đ iur. do. l. vbi. de quo dic vt no. ibidẽ. Itẽ ꝓpad ulteriũ viri lucrãt. vt. ff. đ adulteriũ. §. fij.

4 ¶ Quid si solnatur matrimoniuꝫ aliter q̃ꝫ per mortem: nunquid pactum vel consuetudo potest facere q̃ vir lucretur dotẽ. ⁊ sic mulier remaneat sine dote. ff. fm Hostien. q̃ non. vt notatur in dicto. c. donatio. de donatio. inter virum ⁊ vxo. Et ideo prefatus. §. illo procul dubio. loqtur quando mulier decessit quo casu tunc vir lucratur ratione pacti solum fm Hostien. sed fm Lar. in dicto. c. donatio etiam ratione consuetudinis. q̃ qđ potest pactuꝫ. potest ꝓsuetudo. vt no. glo. in. c. non putamus. de ꝓsue. li. vi.

5 ¶ Queritꝭ statuto caueꝭ. q̃ si alter coniugũ premoriatꝭ. alter lucreꝭ dotẽ vel donationẽ ꝓpt nuptias an debeat itelligi de morte nãli vel ẽt de ingressu religiõis. ff. q̃ tm̃ de morte nãli nõ đ ista ciuili. pcrtim q̃ verba statuti sũt facti ⁊ in facto ꝓsistũt. c. i. de ꝓsti. nec recipiũt casus fictos. vt. l. iij. §. hec verba. ff. de nego. ge. imo nec expresse posset, puidere q̃ mulier ingrediente religionẽ vir lucrareꝭ ptẽ dotis cũ libertas religionis graueꝭ ꝓ diminutionẽ dotis qđ fieri nõ đꝫ. l. i. §. onerande. ff. quarũ re. ac. nõ daꝭ. ⁊ etiã quia đ sponeret statutũ de rebus psone religiose qđ nõ pot. c. fi. de re. ec. nõ alie.

6 ¶ Quid si ex pacto sit vt lucreꝭ alio ꝑmoriente. ff. q̃ pactũ manet validũ. q̃nimo purificaꝭ ꝓ ingressũ religiõis. vt. l. deo nobis. C. đ epi. ⁊ cle. ⁊ in auĩ. de sanctiſ. epi. §. si vero ꝓstante.

Dos est quedam donatio facta a patre mulieri: vel ab extraneo. vel facta a muliere ipi viro ꝓ oneribus matrimonij sustinẽdis, ita no. canoniste Bof. ⁊ Hostien. in. c. Raynutius. detesta. ⁊ per legistas in rubrica. ff. sol. ma. Est gppe ꝓpriũ patrimoniũ mulieris. vt. ff. de mino. l. iij. §. sed vtrũ. in fi.

¶ Quot sũt eius spẽs. ff. due. Prima đ ꝓfectícia. ⁊ ẽ q̃ a patre vel auo vel ꝓauo ⁊ hmõi. paterno ꝓ filia vel nepte ⁊ hmõi. de bonis coꝝ ꝓficiscit. vel q̃ alꝭ de mãdato coꝝ: vel noie coꝝ ⁊ ipi ratũ habẽt ꝓstituit. vt in. l. ꝓfecticia. in ꝓnc. ff. de iure do. ẽt si filia ẽt emãcipata. d. l. ꝓfecticia. §. fi. Secũda đ aduẽticia ⁊ ẽ illa quã dat mulier ꝓ se ipsa. vel glibet alius q̃ alꝭ nõ descẽdit a patre vel auo ⁊ hmõi. Itẽ aduẽticia ẽ si paꝭ cum deberet filie cũ volũtate ei⁹ dederit. vt. d. l. ꝓfecticia. in fi. Item ẽ alia distinctio. Aliq̃ dãt dos extimata: aliq̃ inextimata q̃ extimata tradit periculũ ptinet ad maritũ. Si vero inextiata ptinebit ad mulierem. l. plerũq; in ꝓncip. ff. de iure do. Fructus tũ ⁊ fetus rerũ dotaliũ lucrãt maritus. vt in. d. l. plerũq;. de quo ibi vide ⁊ p glo. i c. salubriꝭ. de vsuris. ⁊ canonistas ibi ⁊ p Bof. in sũ. ti. de dona. in. §. aduenticia. Limita tũ verum q̃ fructus lucratur si sustinet onera matrimonij. alꝭ non. sed restituẽ mulieri. ff. de vsu. videamus. la secũda. §. pe. Itẽ q̃ si dos esset in aialibus đꝫ maritus supplere de iã natis fetibus capita mortua. vt. d. l. plerũq;.

¶ Utrum dos possit esse sine matrimonio. ff. q̃ non. C. de do. ante nup. l. fi. ⁊ ideo solutum ꝓ dote vbi matrimonium fuit nullum non repetetur nomine dotis. sed conditione sine causa. ff. de condi. sine causa. l. fina. ⁊ est priuilegiata hec actio quo ad mulierẽ sicut actio de dote. vt tenẽt doc. in. c. de prudentia. de dote post di. resti. facit. l. ij. ff. de priuile. cre. ⁊ sic preponetur. fm q̃ ꝺicã. §. xi. ⁊. §. xij.

¶ Quanta đꝫ esse dos. ff. q̃ etiã in modico põt ꝓstitui. vt dicit glo. in. l. imperialis. C. de nup. in verbo dotalibus qđ est circa mediũ. l. Et quia dos succedit loco alimentoꝝ. vt no. per Bar. in l. ticio centũ. §. ticio genero. ff. de cõdi. ⁊ demõ. ⁊ per Bal. in. l. i. §. naturale. ff. de iusti. ⁊ inre. Ideo fm hoc extimabiꝭ ⁊ fiet pensatis conditionibus ⁊ alijs qualitatibus.

¶ Utrũ pater teneaꝭ dotare filiã que nupsit cõtra eius volũtatẽ. ff. fm Pa. in. c. i. de despõ. ipub. distinguo. aut nupsit indigno. ⁊ tunc non tenetur. glo. est no. in. c. đ raptoribus. xxvi. q. i. Qđ intellige fm do. An. in. c. accedens. de ꝓcura. ⁊ Imol. ibidẽ si ẽ indignus turpi indignitate. secus si esset indignus. i. nõ paris conditionis. Verũtamẽ poterit minorem dotem dare ex cõditione psone. ⁊ faciũt que habentꝭ i. l. cuꝫ post diuortium. §. gener. ff. de iure doꝝ. iuncta glo.

in.l.si volũtate.C.de dotis ꝓmiss. Aut eligit dignũ vel nõ indignũ.ꝛ tũc aut ꝓmisit dotẽ.ꝛ sic pater tenet eã dotare.quia lz pater nõ cõsenserit in tali ꝓmissiõe tñ filia ꝑ hanc ꝓmissionẽ releuat patrẽ a debito dotandi.ꝛ ideo tanꝝz in rẽ patris vertatur ista ꝓmissio tenebit pater de in rẽ verso.ita dicit Bar.in.l.obligant.§.lege.ff.de ac.ꝛ obliga.per tex.in simili in.l.ꝛ ideo.§.fi.ꝛ l.filius.ff.de in rẽ verso. Aut nõ ꝓmisit dotem ꝛ sic nõ tenet: quia ex quo inuenit sibi maritũ sine dote ꝛ maritus tenetur eã alere sicut filiã. vt aut.quibus mo.na.effi.le.§.pe.no. Inno.i.c. per nostras.de dona.inter vir.ꝛ vxo.ꝛ etiã si ꝓmoriat relictis filijs tenet sibi relinquere quartã partẽ suoꝝ bonoꝝ ꝓpatus vir. Secus si filios nõ habuit.vt no.glo.in.§.pe.ꝛ ideo cessat vtrũqz debitũ in patre.s.alimentoꝝ ꝛ dotis.ꝓmuz quia habet vnde alat se.s.ex bonis mariti.ꝛ dos succedit loco alimentoꝝ.vt supra dictũ est.ꝛ ita tenet Bar.in.d.§.lege.ꝛ Angel.in.l.si socer.ꝛ Bal.in.l.i.ff.so.ma.ꝛ in.l.fi.C.de do.ꝓ. Et sic limita glo.in.c.fi.xxxij.q.ij.que dicit ꝙ tenetur eã dotare verũ si ꝓmisit.alꝫ nõ, Non tamẽ habebit locũ statutũ quo cauet vt filia dotata nõ succedat in tali muliere.vt no. Ꝑa.in.d.c.accedens.nec excludit a successione saltẽ legitime sicut ceteri filij.multomagis tenetur pater dotare filiã que non contraxit contra eius voluntatẽ ꝛ contra patrẽ potest implorari officium iudicis regulariter.vt dotet filiã.l.qui liberos.ff.de ritu nup.no.in dicto.§.lege.habetur in.l.fina. C.de dotis ꝓ.

5 ¶ Vtrũ frater teneatur dotare sororẽ.ſ. Ꝑa. in.c.peruenit.de arbi. cõmuniꝝ tenet ꝙ sic no. glo.de laico in.l.cũ plures.§.penul.ff.de admini.tu.ꝛ in.l.nõ omni.C. co.ti. Ratio quia ſm Cy.in.d.l.nõ omni. causa dotis est fauorabilior ꝙz causa alimentoꝝ, ꝓpterea tenet Bar. i.l. fi.ff.de his qui. vt indi. ꝙ pater potest relinquere filie spurie dotẽ quia dos succedit loco alimentoꝝ.idẽ notat i aut.ex cõplexu.C.de incc.nup. ꝛ in.l.meuius.§.duobus.ff.de le.ij. Vnde sicut tenet alimentare.vt.ſ.alimenta.sic ꝛ dotare in casu necessitatis. Idẽ dic ꝛ fortius in clerico qui magis tenetur ad charitatem. vt in.c.i.ꝛ qõ ibi no.de emp.ꝛ ven. Et si non habet alia bona potest eã dotare ꝛ aliã consanguineã de redditibus ecclesie si est inops quod ꝓbat per.c. ꝓmũ.de coha.cleri.ꝛ mulie.ꝛ in.c.omnino confitemur.xxxi.di. quia sicut per.d.c. potest alere consanguineos pauperes de redditibus ecclesie ergo fortius dotare.cũ sit fauorabilior.vt dictũ ẽ Nõ verũ credo,dũmodo ꝓstituat ad necessitatẽ sue conditionis nõ põpã fastuositatiſ.ar.c.negociatorẽ.lxxxviij.dist.si ergo qui tenetur alimentare tenet dotare.

¶ Vtrũ vir possit constituere dotem vxori.ſ. 6
Ꝑa.in.c.ꝛ si necesse.de dona.inter vir.ꝛ vxo. ꝙ non post contractũ matrimoniũ. secus si ante matrimoniũ.quia potest.vt.l.i.ꝛ quod ibi not. C.de do.ante nup.nisi fit constituta vt tunc dominiũ adipiscatur cũ matrimoniũ fuerit subsecutũ.quia nõ valet.vt in.l.qõ sponse.C.de do.ante nup.quia nec ante matrimoniũ dominiũ transiuit.quia noluit.nec post matrimoniũ. quia nõ potuit.vt ibi gl. Fallit hoc in plebeio dotãte nobilem quia videtur donare in recompensationẽ cuz nobilitate.quia potest vt.s. Donatio.iij.in principio.

¶ Vtrũ res emphiteotica possit a patre dari in 7
dotẽ fine consensu domini.ſ. Specu. in tit.de loca.§. nunc aliqua.Y.ccc.ꝙ sic. non transfert tamen plus iuris qz ipe habet.vt in.c.nuper.de dona.inter vir.ꝛ vxo.

¶ Vtrũ feudatarius cõsimiliter possit.ſ. Jo. 8
an.in dicto.c.nuper.ꝙ non. Innocen. tamen ibi tenet ꝙ potest.ꝛ eũ sequitur Ꝑa.ibidẽ ꝛ etiam dicit in donatione propter nup. Ego concordo sic ꝙ vera est opinio secunda in feudo in quo succedit filia.ꝛ prima opinio in illo in quo non succedit.quia sic est ratio diuersa ab emphiteosi in qua succedit filia.

¶ Vtrũ vir possit repellere vxorẽ non soluta si 9
bi dote promissa.ſ.ꝙ sic.vt sentit Hosti.in.c. per vestras.de dona.inter vir.ꝛ vxo. Mã dos datur propter onera matrimonij sustinenda.vt in dicto.c.per vestras.ꝛ in.c.salubriter.de vsu. ꝛ in.l.si cũ dotẽ.§.fin aũt.ff.so.matri. ergo potest hec onera recusare si non habet vnde sumat emolumenta.bonus ter.est ibi ꝛ Bal.in.l.fi. C.ad velle.post Cy.in.l.qõ in vxorẽ.C. de nego.gest.ꝛ Bar.in tractatu de alimẽtis. Ex quo cõclude cũ nõ teneri,ad traditionẽ dote ꝓpus non soluta.secus de debito coniugali.

¶ Vtrũ maritus ducens vxorẽ sine dote tenca 10
tur eã alere de suo.ſ.ꝙ sic ſm statũ sue persone vt notant ꝛ volunt Innocen. Hostien.in dicto c.per vestras.ꝛ glo.in dicto.§.fin autem. Facit tex.in.l.ꝙ si nulla.ff. de religio. Ratio scõm Innocen.quia personam suam dedit ꝓ dote. vt i aut.qui.mo.natura.effi.legi.§.penul.ꝛ ff. vt in possess.lega.l.penul.dicitur ꝙ vxorem'debet alere vt filiam.

¶ Que sunt ꝓuilegia dotis.ſ.ꝙ multa. Ꝓmũ 11
ꝙ omnia bona viri sunt tacite hypothecata ꝓ dote, vt est tex. in.c. ex litteris. de pigno.

Secundū quia non perditur ꝓpter maleficiū viri nec etiam patris. vt no. glo. d. c. ex litteris. Fallit in vxore ꝓmipilarij qui in eo officio deliquit. vt. C. quibus modis pig. ta. contra. l. fatis notum. ꝛ. C. de ꝓmipi. l. vtilitas. Tertium quia ꝓponitur omnibus creditoribus etiā ꝑ oribus qui habent personales actiones vel tacitas hypothecas. vt in. l. assiduis. C. qui poti. i pigno. habe. Secus habentibus expressas. vt no. glo. in dicta. l. assiduis. ꝛ Hy. in regula qui prior. lib. vi. Sed tamen dico cum ℑDa. in dicto. c. ex litteris. q̄ si consuetudo est aliqua illam seruabo. l. si de interpretatione. ff. de legi. cuz similibus. Si vero non est dico q̄ fauore mulierum debet preferri etiam habentibus expressas hypothecas. quia si mulier vicit cum qui ad refectionem rei dedit. vt in auten. quo iure. posita super. d. l. assiduis. qui tamen preferꝛ anterioribus habentibus expressas hypothecas. vt. l. iterdum. ff. qui poti. in pigno. habeātur. ergo si vinco vincentem te multo magis vinco te. vt in. l. de accessionibus. ff. de diuersi. tempo. prescrip. adminus casus dubius ꝛ in facto dubio potior ē conditio dotis. vt in. c. fina. de re iudi. ꝛ not. in c. ex litteris. de proba. cuz hac opinione ē ℑDe. ꝛ Ly. ꝛ Jo. an. lz communiter docto. tenēt cū glo. in dicto. c. ex litteris. Et istud priuilegiū vt preferatur creditoribus transit ad filios eius ꝟz Alex. de imo. in. l. etiam. ff. solu. matri. ꝛ ibi est glo. ꝛ alia in. l. i. C. de priuile. do. licet Bar. dicat contrariū. Sed potest intelligi opinio Bar. vt non loquatur de heredibus suis. vt sunt filij sed de extraneis qui non habent hoc priuilegiuz vt. l. vnica. C. de priuile. do. Quartum q̄ eccle sia potest se impedire de dote. non soluz in fauorem viduarum. vt in. c. nuper. de dona. inꝛ vi. ꝛ vxo. sed etiam mariti petentis sibi dotem prōmissaz. vt in. c. per vestras. co. ti. Facit qđ no. Jnno. in. c. latoꝛ. qui filij sunt le. q̄zuis alij contrarium tenēt nisi accessorie. Quintum quia viro vergente ad inopiam iudice iubente potest dari pecunia dotalis mercatori cum pacto. vt capitale sit saluum. ꝛ de lucro percipiāt vir ꝛ vxor partem honestam compensato lucro cum damno sine vsura. vt. c. per vestras. de dona. inter vir. ꝛ vxo. Jta tenet Jo. an. ꝛ Lar. in. d. c. per vestras. ꝛ Fulgo. in. l. cum duobus. ff. ꝓ socio. §. item si in facto. ꝛ Bal. in quodaz consilio incipiente. Viso instrumēto facto inī. no. Jo. in sū. de vsuris. §. an aliquo. ℑDa. in. c. nauigāti. de vsuris. dicit se dubitare. Sed ego credo cō tractum vsurarium: nisi excuset ꝓm qđ. ī. dico. Societas ꝑmo. §. vij. Sertū q̄ fundus dotalis alienari non pōtēt de consensu mulieris. vt no. in. l. Julianus. ff. de fūdo dotali. C. ad velleia. aūt. siue anie. nec ēt in ipothecā dari. vt. l. vnica. §. ꝛ cū lex. C. de rei vx. ac. Nō vex est: nisi iuramētū interueniat. vt in. c. cū contingat de iure iu. ꝛ. c. licet de iureiur. li. vi. Multa sunt ꝛ alia ꝓuilegia in iure. de qbus vide si placet speculatorē eo. ti. hec omitto. q̄ nihil ad confessorē. Tene tamē q̄ his ꝓuilegijs gaudet. dūmodo mulier sit catholica. alias no. vt. C. de here. aut. item priui legium dotis.

¶ Vtrū eadē priuilegia hēat in donatōe ꝓpter nup. que hz in dote mulier. ℟. ℑDa. post Jnno. in. d. c. ex litteris. de pigno. q̄ aut mulier agit ad donationē ꝓpter nuptias tāquā spāliter sibi obligatā ꝑ dote. ꝛ tunc habet priuilegiū dotis. quia agit potius ꝑ dote q̄z ꝑ donatione ꝓp nup. Si vero agit vt eam lucretur. sic non gaudet: quia cessant rōnes priuilegij dotis: sed bene hz tacitā ipothecā. l. vbi. C. de iure do. Jntellige cōem si ꝓuilegiatā. vt ꝑferaꝛ alijs hūtibꝫ eā. Jn parafrenalibus aūt habes. ī. ℑParafrenalia. §. ij. 12

6 ¶ Quis succedit in feudo. ff. Bal. de his qui feu. da. pos. §. ⁊ q̃. q̃ hic reperit tale capitulum. Fideli absq̃z liberis ex se descendẽtib⁹ ⁊ i feudũ succedẽtib⁹ si qdẽ feudũ fuit cõis pentis frẽs. defuncti cũ filijs premortuoz fratrũ in stirpem succedant. his Ro nõ extantibus ad agnatos proximiores id volumus ptinere: ⁊ si qdẽ i pari gradu sunt pariter admittit. si Ro ex vno est vnus ⁊ ex alio plures nõ in stirpem sed in capita succedere debere ordinamus. hec ibi.

7 ¶ Vtrum femina succedat. ff. Bald. in. d⁹. §. ⁊ q̃. dicit glo. hic q̃ nõ. nisi in trib⁹ casib⁹. Primo qñ notiata ẽ inuestitura. Secũdo qñ feudum redemit a dño. Tertio qñ dñs ei dedit ppi seruitiũ p̃ris. in qb⁹ casib⁹ ab aliquo ex parentib⁹ nõ est inquietanda. vt i. c. si quis sine filio mas. quẽ ad. feu. ad fi. per. Adde quartum si feudũ sit datum ad nullũ seruitiũ: q̃ non extantib⁹ masculis succedet femina fm Bal. in. d. §. ⁊ q̃. Quintuz qñ feudũ erat questitũ iure emptionis fm Odofre. i sum. sua. potius ex natura ℞ctus q̃z feudi.

8 ¶ Vtrum ℞cesso feudo titio p se ⁊ descendentibus filijs masculis ⁊ feminis filiab⁹ filia fiml cũ masculo supstite admittat. ff. Bal. in ℞ica cp̃z vel ab: aut abba. feu. da. ñ pos. §. cũ ẽt q̃ nõ. sed masculus solũ: q̃ nã feudi est vt p̃ferat masculus Et si postea filius decedit sine filio nõ admitteret femia soz: premortui fratris q̃ sel' exclusa fuit p masculũ: ⁊ iõ reuertit ad dñm. qđ verũ ẽ i feudo simplici ⁊ feto. sec⁹ i feudo ℞cesso ad certũ seruitiũ qđ femina posset explicare p se vel p alium: quia tunc admittet cum masculo simul. ff. de vsufru. accre. l. si quis titio. ⁊ l. si mulieri. fm Jaco. de bel. qui dicit q̃ fuit in facto in regno apulie. Ex quo infert Bal. q̃ statutum excludens feminaz extante masculo semel exclusam non ampli⁹ succedere nisi vt fratri habet succedere: non vt patri mortuo sine masculo.

9 ¶ Vtrum clericus succedat in feudo. ff. vt colligo ex diuersitate opi. pro concordia q̃ aut feudũ erat sibi apertũ. ⁊ tũc si promouear ad sacros ordines sic renunciare vł: q̃ transit ad statum compatibilem. facit. c. de multa. de preben. ⁊ cle. gr̃a de rescrip. nec poterit isto casu seruire per substitutum: nisi esset feudũ ex quo prestaret solũ seruitium reale: qđ non est proprie feudũ vel feudũ ex quo prestaret seruitiũ qđ nõ repugnat eius ordini: q̃ tunc succedet eo q̃ p clericatuz non pdunt iura successionis. xij. q. iij. c. i. cũ si. Si Ro, primo uet solũ ad minores ordines succedet: q̃ põt seruire per substitutũ: vt vult glo. in. c. i. de bñ. fe. Aut feudũ nõ erat sibi apertũ: puta q̃ erant tres fratres. ⁊ primogenit⁹ possidebat feuduz. ⁊ ipse erat vltimus qui effect⁹ est cardinalis. Postea mortui sunt alij fratres sine herede. ⁊ tunc succedit: q̃ non põt dici q̃ habuerit aiuz renũciandi. nec ẽt facultatem. ⁊ tũc de equitate iuris admittetur q̃ possit seruire per substitutũ lz secus d iuris rigore nisi tale esset seruitiũ qđ de sui nã posset p quẽlibet explicari. q̃ tunc ẽt de iuris rigore succedit. ar. l. continuus. §. si ab eo. ff. de ver. obli. Et hec est determinatio Bal. in. l. quisquis. C. de episco. ⁊ cleri.

¶ Quid si efficit religiosus quis succedet. ff. 10
Odofre. ⁊ Oldo. in autẽ. ingressi. C. de ss. sanc. ec. q̃ transit ad monasteriũ eo mõ quo erat pe/nes ingressum. l. si quis. C. de epi. ⁊ cle. Inno. in. c. in p̃tia. de. pba. limitat vez si seruitium ad qđ tenetur põt prestari ab ecclesia: als ad dñm reuertet. C. de ca. tol. l. vnica. §. ne aũt. Albu. in d. aũt. tenet q̃ fm ius ℞suetudinis feudoz reuertit ad dñum indistincte. vt est casus. si de feu. cõtro. fue. c. qui clericus. ⁊ de va. mi. qui benc. ar. de. c. primo.

¶ Sed quid si pater obtinuit pro se ⁊ suis here 11
dib⁹ ⁊ successoribus quibuscunq̃z transibit ne ad extraneum vel legatarium vel clericum. ff. bal. in. l. i. ff. de re. di. ⁊ sequitur Ludo. de roma,. in l. id tempus. §. i. ff. de vsuca. q̃ sic. sed ipe Bal. in. c. i. §. donare. ti. qualiter olim feu. po. ali. corrigit se ⁊ dicit q̃ dictio quibuscunq̃z itelligitur d̃ succedentibus ab intestato. arg. l. si quando. C. de inoffi. testa. Vnde dic q̃ non veniet extraneus. Ratio q̃ res non debet regulari fm naturã contractus. sed contractus ipse fm naturam rei deducte in eo. vt. l. stipulatio ista. §. si quis. ff. de ver. ob. vbi lz stipulatio sit transmissibilis in heredem de sui natura. vt in. l. veteris. C. de contraben. sti. tamen non transmittitur quando res in ea deducta non est transmissibilis: vt est videre in feudo nec legatarius etiam veniet nec clericus. Et sic dictio quibuscũq̃z restringitur p nõ.

in.l.i.C.de sa.sanc.eccle.ꝛ per Jaco. de are. in l.i.§. Item nunciatio.ff.de no.ope.nunc. Li/mita tñ de clerico fm q̄ dixi. s̄. in.q. ix.

12 ¶ Sed nunquid succedet frater vel filius fratris quando quis fuit de nouo beneficio inuestitus si decedit sine liberis. ſ̄n. q̄ non. sed ad dominum reuertetur. vt in titu. de natura. fuc. feu. Et quod dictum est. s̄. q̄ deficientibus filijs veniunt agnati intelligitur ō feudo acquisito ab antiquo. i. ab eo qui fuit communis parens totius cognationis.

13 ¶ Vtrum vasallus possit vni ex filijs prelegare totum ius feudi. ſ̄. Bal. in ti. de probi. feu. alie. q̄ non vllo modo nisi de volūtate ꝛ consensu filiorum. q̄ lex feudorum dicit q̄ ad omnes equaliter perueniat. vt in ti. qui feu. da. pos. §. sed cum hoc. Limita nisi sit ducatus vl̄ marchionatus: ꝛ huiusmodi qui debentur primogenito solum. Ja. tamen lotharius tenet q̄ illud. c. i. ō fuc. feu. vbi dicitur q̄ vltima voluntas vasalli nihil valet in feudis limitatur ad eam dispositiōez que est vltima voluntas. secus in stipulatiōe. q̄ in coherentibus persone pater pōt stipulari vni coheredum. vt. ff. de pac. l. anus. ꝛ sic posset assignare in totum. arg. l. filio. §. fi. ff. de ri. nupti. cum multis alijs.

14 ¶ Vtrum feudum possit dari in dotem. ſ̄n. glo. in. c. fi. de feu. q̄ sic ad tempus vite feudatarij ꝛ non plus.

15 ¶ Vtrum vasallus valeat grauare filium heredem vt de vino quod educitur de vinea feudali det omni anno pro anima sua. ſ̄. Bal. in ti. de fuc. feu. c. i. q̄ sic. q̄ testatur de fructibus non de feudo qui fructus sunt res propie heredis. vnde non dicitur alienario feudi quando alienant fructus separati. ff. de do. l. in edib⁹. §. ex reb⁹.

16 ¶ Ad quid obligatur vasallus domino. ſ̄n. q̄ ad. vi. q̄ no. de vſi. feu. in. c. i. de for. fi. ꝛ. xxij. q. v. de forma. ꝛ de iureiurando. ego. Primū ne sit ei in aliquod dāmnum corporis sui ꝛ q̄ impediat proposse. Secundum ne dānum in temporalibus faciat vel vtilitatem impediat. Tertium ne reddat ei difficile vel impossibile quod facere cum velle videt. Quartum ne reuellet eius secreta per que vel minus tutus: vel nocere ei possit. Quintum ne sit contra eius iustitiam vel honestatem. s. maculando vxorem vel filiam eius vel famam dicto facto vel consensu'. Sextum vt fideliter ei prebeat consilium auxiliū ꝛ fauorem. Adde septimum q̄ tenetur iurare fidelitatem nisi ex pacto sit remissum. Formam autez iuramēti ponit Jos. sic. Ego. A. iuro super sancta dei euangelia q̄ ab hac hora in antea vsq̄ ad vltimū diem vite mee ero fidelis tibi. M. domino meo. cōtra quēcūq; q̄: excepto imperatore vel rege. Intelligе in cā iusta. ꝛ etiam debet excipere si habet alium dominum antiquiorem. Adde octauus q̄ tenetur fm q̄ conuentum est vel natura feudi ꝛ regionis ipsius seu consuetudo requirit.

¶ Sed quid si dominus moriens reliquit plures filios: vtruz iurabit omnib⁹. ſ̄. q̄ sic. si oēs equaliter succedunt. Hosti. tamen tenet q̄ non: sed solum vni. similiter iurabunt omnes filij seu heredes vasalli si feudum indiuisum habent. Si vo ad vnum peruenit: ille solus iurabit. 17

¶ Vtrū vasallus possit per alium seruire. ſ̄n. Bald. in. c. murus. episcopum. vel abba. feu. da. non pos. q̄ si seruitium debet fieri principi vl̄ non potest fieri per substitutum nisi de voluntate principis. vt. C. de murile. l. si quis ex corpore. Et ideo si incurrit talis infirmitas q̄ seruitiū exhibere non potest perdet feudum nisi esset ex casu fortuito sine culpa precedente: vtputa q̄ a latronibus cecatus: q̄ tunc non perdet ne detur afflicto afflictio. ar. C. de fur. auten. naui. ꝛ. C. de episco. audien. l. tam demētis. 18

¶ Quō amittit feudū. ſ̄. q̄. xij. modis. Primus si vasallus efficit clericus vel religiosus. ō quo dic vt. s̄. in. q. ix. ꝛ facit. xxiij. q. viij. §. i. qa arma non portat. Secūdus si heres vasalli stetit per annū ꝛ diē q̄ nō petierit a dño inuestiturā feudi. Intellige hic ꝛ in sequenti si ē maior. xiij. annis vel puella. xij. vt no. in. c. veritatis. de iureiurā. per Pa. Tertius si vasallus mortuo domino ab eius heredibus infra tempus predictū inuestituram non petierit de quib⁹ duob⁹ habet i qui. cau. feu. amit. c. i. Sed p̄dicta legitima quādo iurauit persone solū. vt cum dicit. Juro tibi. Secus si iurasset sibi ꝛ successorib⁹ vel sub noīe dignitatis. q̄ non teneꝰ amplius iurare successoribus nisi magna longinquitate periret memoria: vt nō. Pa. in. d. c. veritatis. Itē nisi esset miles. q̄ habet annū ꝛ mensem. Item nisi iusta cā eū impedierit vt haberē de probi. feu. ali. per lothariū. c. q̄m inter dñm. Quartus cū vasallus tribus vicib⁹ requisitus coram paribus ꝛ huiusmodi fidelitatem iurare noluerit: q̄uis dominus sit paratus facere inuestituram. Quintus si vasallus interficit proprium germanum suum vel filiū germani sui vel aliud commiserit quo paricida nuncupari posset vt totam hereditatē haberet. Sextus si vasallus dimittit dominum in prelio: non mortuum vel ad mortem vulneratum. Septimus propter multas causas ingratitudinis que enumerantur quib⁹ modis feu. amit. c. i. ꝛ ij. ꝛ de feu. fi. col. non amit. c. i. ꝛ. ij. puta con/

cubuit cum vxore: filia vel sorore ⁊ huiusmodi. Decrauus si scienter negauerit feudum vel partē aut conditionem ei⁹. secus si ignoranter. Mon⁹ si infeudauerit feudum alia lege q3 ea quam habet ipse vel in talem vasallum qui feudu3 seruare non potest. Decimus si dominū accusauerit aut testimoniū contra eum tulerit i cā criminali. Et quidam dicunt etiam in causa ciuili. Undecim⁹ si vocatus a dño q⁹ secum vadat in expeditiōe publica. puta vocatus ab imperatore vt secū vadat pro corona suscipienda ⁊ hmōi non venerit nec aliū acceptū domino miserit: vel stipendia militie non dederit. Duodecimus si feudū alienauerit. Isti casus habent in sum. Hosti. ti. eodē.

20 ¶ Sed queritur an alienans feudum sine consensu domini ipso facto cadat. ff. Ipa. in. c. vlt. de feu. q⁹ sic. ⁊ potest sine alia sentētia expelli ⁊ alteri conferri: ēt si aliēnādo diceret. saluo iure domini⁹ sm Bal. que sit cā bene. amit. c. i. q⁹ factū sequens est contrarium. ar. c. eā te. de iureiur. ⁊ quod no. ibi. Secus si diuisset. Et aliter vel alio modo non intendo: q⁹ operantur vt domino ꝺicende non videatur facta alienatio. Et hoc verum nisi aliqua captio domino posset interuenire. puta daret castellum tali quem dñs expellere postea non posset.

21 ¶ Quid si non alienat nisi partem. ff. Jo. an. quē sequitur Ipa. vbi. ꝺ. q⁹ solum perdit illā partem quā alienauit. ēt si esset maior: pars. de. pbi. feu. alie. imperialem. §. i.

22 ¶ An possit alienare pro anima. ff. q⁹ non. nec q3 legare: nec3 disponere pro aia. vt in. c. i. qualiter feu. ali. licet. nec ēt de iure canōico f3 Jo. in sum. de imu. eccle.

23 ¶ Quid si alienat suas cōmoditates ad tēpus longissimū. ff. Bal. in ti. de pace constā. iu. fir. in. viij. carta q⁹ nō cadit: dūmodo actu3 sit q⁹ dominium vtile non transeat. allegat glo. singularem. in. l. codicillus. §. instituto. ff. de le. ij. Idē dicit in emphiteota. Idem tenet Bar. in. d. §. instituto. vbi dicit q⁹ vendens fructus dom⁹ ad centum annos nō videt alienare. Sed non placet: sed si vult alienare faciat sic. Vendo vel concedo fructus vel ipsam perceptionem fructuum cū hoc si dño placuerit vel dñs non reuocauerit. Et sic saluo ⁊ saluato honore ⁊ iurisditione ⁊ consensu dñi: ⁊ si de iure possum nec aliter, nec alio mō. Si autem dño non placuerit: vel non consenserit vel reuocauerit vel de iure non possum: res sit inempta vel venditio vel alienatio sit irrita ⁊ ipso iure nulla. ⁊ sic erit tutissima cautela nisi sit captio domini. vt dixi.

24 ¶ Utru3 possit pignori dare. ff. Ipa. vbi. ꝺ. q⁹ non. q3 que prohibentur alienari generaliter a lege vel per testatorē vel per pactum contrahētiū prohibent pignori dari. l. fi. C. de re. ec. non alie. Secus si a iudice. l. in quorum. ff. de pign. Nō q3 per constitutionem pignoris de facili peruenitur ad distractionem rei. Et propterea vno phibito, phibet oē p quod peruenitur ad illud. l. oratio. ff. de spon. cū pcor. ibi in glo. positis.

¶ Ad quem reuertet feudum vasallo priuato. 25
ff. Bal. qui. mo. feu. amit. §. aut si libellario: q⁹ si priuat ex dolo cōmisso in persona dñi ad dominu3 reuertitur. vt que sit prima cā amit. bene. c. i. §. deni q3. Quando Jo delinquit extra persona: tunc veniunt agnati ⁊ non dñs. Quādo Jo ex causa alienationis: tunc sunt opi. f3 Bal. ibidem dicit q⁹ si fecit in fraudem agnato. tūc ipi agnati veniunt non dñs. Si Jo non in fraudē fecit tunc reuertitur ad dominu3: tñ filij vl' agnati imo etiam filia masculis non existentibus debet redimere a domino ⁊ cogitur dñs eos inuestire. vt de bis qui feu. da. pos. §. cum Jo. Nō intellige si feudū ñ erat nouum sm Ja. de beluiso. Bar. tamen vt recitat Ipa. vbi. ꝺ. in. l. cum. ff. de inter. ⁊ releg. ⁊. l. vt iureiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. dicit q⁹ si pater cōmisit delictum propter quod directe venit priuandus feudo. puta q⁹ alienauit ⁊ huiusmodi vel cōmisit aliquid ꝺ tenorem iuramenti. tunc nocet filio etiam si processisset ab anteriori generatione. ar. in. l. i. ff. si quis ali. te. pro. ⁊ in. l. cum ratio. §. fi. ff. de bo. prescrip. vbi patet q⁹ si quis prohibuerit aliquem testari: vel interfecit consanguineu3 cui debebat succedere ab intestato fiscus occupat hereditatē. nec veniunt aliqui consanguinei qui sunt prohibenti vel occidenti gradus inferioris: vt ibi p3: cum nō. Si Jo delictum non est propter quod directe sit priuandus: sed per quandam consequentiam: puta q⁹ dānatur propter aliquod maleficium. ita q⁹ eius bona veniunt publicāda. tūc procedat distinctio Dy. in regula non debet. li. vi. qui distinguit ⁊ tenet q⁹ si feudum a patris persona habuit originem nocebit filio. Secus si est a genere vlteriori: q⁹ tunc non nocet. Cum qua distinctione transit Jo. an. ⁊ do. Anto. in. d. c. fi. de feudis. Distinctio tamen Baldi mihi videtur equior.

¶ Utrum vno legatario deficiente accrescat feudum alteri. ff. Ipa. vbi. ꝺ. q⁹ non. nisi fuisset expressum. vide Bar. in. l. si mihi. ff. de V. obligatio. 26

¶ Utrum masculus vasalli mei sit meus vasallus. ff. q⁹ non. sicut nec libertus liberti mei ē meus libertus. ff. pro socio. l. nam socij. 27

28 ¶ Vtrum filius repudiata hereditate pris possit feudum tenere. ff. fm Hostien. q non. Sed aut totum debet retinere: aut totuz repudiare: ni si dominus de nouo bñficio inuestiat agnatis cõsentientibus. Agnati Yo bene possunt feudum retinere repudiata hereditate. vt in constit. ff e. an agna. vel fi. de fun. re. he. poss. feud. re. c. si contingeret.

29 ¶ Vtruz vasallus inuito domino possit refutare feudum. ff. Jo. de Imo. in. c. i. de feu. q nõ. allegat glo. singularem in. c. fina. de capi. q cuven. t Spa. in. d. c. i. Idem tenet glo. in. c. que in ecclesiarũ. de consti. Bar. Yo in. l. is cũ quo ff. de aqua plu. ar. t Dy. consil. xliij. t Jaco. de bel. in. d. c. fi. sic cõcludunt q si est datum ad certum seruitium non potest. Si Yo ad seruitiũ incertum: tunc potest anteqz illud seruitum sit indictum: q nundum est purificata obligatio. facit in simili glo. in. l. incola. ff. ad munici. nisi iurasset specifice non posse refutare fm Bal. in prelud. feu. ff allit si dominus esset in prelio. t tunc vellet refutare: q dñs tunc non posset sibi prouidere de equali vasallo. ar. l. filie mee. ff. so. mat. Mam cedere feudo est quoddam dinoxiũ. t nõ valet nisi possit consuli indẽnitati domini. Yo. in. c. vno. de va. qui contra consti. lo. feu. alie. tz q potest. Sed tu tene opi. Bar.

30 ¶ Vtrum dominus teneatur vicem rependere vasallo fideli. ff. q sic. als censebiť malefidus vt in li. feu. de fo. fi. c. i. in fi. facit. xxij. q. v. de forma. xcv. distin. esto subiectus. t debet priuari feudo per superiorem si perfide se habet contra vasallum suum.

31 ¶ Vtrum ecclesia possit sine vsura recipere in pignus feudum t facere fructus suos. ff. fm. c. i. de feu. q sic. dũmodo interim non recipiat seruitium a vasallo. Et istud habet locum etiam in feudo laicali fm cõiter doc. t tz glo. ibi sit contraria non curabis de ea. Dicit tamen Cardi. ibidem quez sequitur. d. Anto. t cõiter alij q si feudum esset liberum non posset retinere fructus: q prefatum. c. i. intelligitur quando non est liberum. Sed iudicio meo non habuit respectuz ad seruitium: q cõiter seruitium non tñ valet quãtum fructus feudi aliter non esset beneficiuz feudum. Et ideo mihi videtur saluo meliori iudicio q ter. fundauerit se super naturam feudi: que est vt dominium rectum remaneat apud dominũ t vtile penes vasallum: sed cum obligatiõe saltẽ fidelitatis: tz nullum seruitium sit debitum. Et ideo dimissa obligatione de consensu ipsius vasalli. consolidatur ipsum dominium vtile cuz directo: non ex aliena re sed propria. t sic non oportet attendere an sit liberũ vel ne. sed q nullo modo retineat cum obligatum ad aliquod. Et sic declaret q interim est absolutus ab omnibus ratione feudi debitis.

¶ Quid si dominus recipit interim seruitium a vasallo. ff. q si vasallus facit tanqz ex debito: tunc fructus teneretur restituere: nisi protestetur ar. in. l. ij. C. de iure do. t in. c. cum. Ad. de cõstitu. Secus esset si ex liberalitate sciens se non teneri vasallus exhibet consueta seruitia. 32

¶ Vtrum idem sit in emphiteosi t locatione. ff. q sic. vnde Spe. in ti. de feu. §. quando. ver. xl. q feudum t contractus emphiteoticus t hiuelarius sunt eiusdem nature. Et dicit Bal. in prefata. viij. carta. in ti. de pa. constan. verum in feudis in quibus non debetur seruitium. sed certa quantitas pecunie vini t huiusmodi. als non. Sed quo ad hoc non video quin liceat recipere fructus liberando a seruitio ratione iam dicta. tz Jo. an. t Jo. t alij dixerint indigere declaratione papali: sed non placet. Et dico q vbicunqz lex feudalis non est contra iuris ciuilis aut naturalis rationem habet locum in emphiteosi. als non. vt tenet Bar. in. l. si mihi t titio. ff. de ver. obli. t Bal. in. c. i. de inue. de re. alie. fac. Aduerte etiam in conscientia q meliorationes que communiter in contractu emphiteotico fiunt ñ posset ratione mutui tenere. Ideo prefata oia limito tam in hoc dubio qz antepreceden̄ti de feudo t emphiteosi vbi melioratio non est facta q tunc licet. Item quando est a causa libera: quia si exburs̄asset quantitatem pecunie vel quid aliud domino pro ipso habendo sic non liceret quãdo fructus disproportionarentur a seruitio siue a fictu. Quod bene nõ. q pauci aduertunt. 33

¶ Vtrum idem sit in vsufructuario obligante proprietario. ff. fm Jo. in sum. q sic. si habet a causa libera a proprietario. als non. vbi fructꝰ disproportionant a seruitio. 34

Fictio. vide. ī. Simulatio: t quomodo fictio iuris valet t qñ vide. s. Consensus. §. iiij.

Fideicommissum t motis cã donatio legatorum appellatione continentur. ff. de le. iij. l. t si fideicommissum. sed fideicommissum ideo factum est quia fideicommissa olim petebantur ex fide heredum: sed hodie fere exequata sunt fideicommissa t legata. habent tamen aliquas differentias. de quibus vide in glo. d. l. t fideicommissum. t quod ibi no. t est tex. in. l. i. ff. de lega. i.

Fideiussor est qui pro alienis debitis intercedit. Et differt a mandatore: q̄ mandator interuenit a principio. fideiussor vo potest accedē taz ante factum q̄z post: vt habeā in auten. presente. C. de fideiuss. propterea tā in. ff. q̄z in. C. c. ti. ad ditur ꝛ mandatoribus.

1 ¶ Fideiussio non tenet quando est accessoria ei quod non tenet glo. in. c. grauis. de censi. cum concor. ibi positis.

2 ¶ Quis potest fideiubere. ff. q̄ quilibet qui habet liberā administrationē suorum bonorum.

3 ¶ Utrum mulier possit fideiubere pro viro. ff q̄ non. ꝛ si fecit non tenet ipso iure. l. ij. in glo. ff. ad se. consul. vele.

4 ¶ Utrum mulier possit fideiubere p altero. ff. q̄ non. fm qđ no. in. l. q̄uis. ff. ad vele. Et fm q̄ ibi distinguit ponuntur. vi. casus in quibus mulier potest fideiubere. Primus quādo fideiubet pro precio dando vt quis manumittat seruum. Secundus quando pro dote alicuius mulieris. Tertio quando renunciauit beneficio veleyano cercioꝛata de eo. Quartus quando accepit precium pro fideiubendo vel aliquid loco pcij. Quintus quādo in fraudem fideiussit. vt deciperet. Sextus quādo pignus vel fideiussorem pro alio dedit ꝛ post biēnium a dicta cautione numerādum iterum ad idē se obligauit vel pignus vel fideiussorem dedit. Secus si infra biennium consensit: q̄ non valeret.

5 ¶ Utrum clericus possit esse fideiussor. ff. q̄ p laico nullo modo potest. ꝛ si facit est abijciendus vt in. c. i. de fideiuss. Sz aliqui limitant in frequētia fideiussionis ꝓpter verbum inseruiēs. in. d. c. positum. qđ notat frequentia. i. valde seruiēs sicut ꝛ ponitur in. l. gallus. §. ille casus idifficil. i. valde difficilis. ff. de lib. ꝛ po. Sed mihi vr q̄ nullo mō debeat fideiussor eē ꝓ laicis. vt i. xi. q. i. c. te quidē in ter. ꝛ i glo. nisi i casu necessitatis i quo sicut obligatur subuenire indigēti. vt. xvi. q. i. videtes sic ꝛ fideiubere. Et hoc tz glo. in. d. c. te quidē. ꝛ glo. in. c. pe. co. ti. Sz pro eccl'a vel pro alio clerico bñ potest fideiubere: vt in. c. ij. co. ti. ꝛ in. d. glo. d. c. te quidem.

6 ¶ Sed nunquid obligatur si fideiusserit. ff. sic vt in. c. peruenit. ꝛ in. c. constitutus. co. ti.

7 Limitat tñ Io. q̄ solum tenet de patrimonio suo vel de redditibus beneficij quos facit suos: non autem in preiudicium ecclesie. Archi. in. c. statutum. de rescrip. li. vi. tenet q̄ nec ēt de fructibus beneficij. Sed cōis opi. est in contratriuz ꝛ cum opi. Io. ꝛ sic tene.

8 ¶ Utrū religiosus possit fideiubere. ff. q̄ non vt in. c. pe. co. ti. nec ēt si esset abbas nisi hoc fiat de maioris partis conuentus capituli ꝛ abbatis licentia. vt ibidem.

¶ Utrum heres fideiussoris obligeꝛ sicut fide 9
iussor. ff. q̄ sic. l. pōt accipi. ff. de fideiuss.

¶ Utrum fideiussor q promiserat aliquē pstita 10
re liberec si talis pro quo fideiussit post fideiussionem cōmisit capitale crimen propter qđ fuit condēnatus ad mortem vel bānitus ꝛ fugit. ff. q̄ sic vt est casus in. l. sed ꝛ si quis rei. ff. si quis cau. i prin. ꝛ no. in. l. si decesserit. ff. qui satisda. co. Et ibi dr̄ q̄. d. Albr. cū fideiussisset pro quodā scholari Bononie accāto de quodā maleficio de eo p sentando sub pena mille librax. post quā fideiussionem accusatus fuit prefatus scholaris ab alio: de alio maleficio qui fugit ꝛ nō comparens citatus: fuit bānitus ꝛ diffidatus fm consuetudinez Bononie ꝛ condēnatus ad mortem: postq̄z condēnationem obtinuit q̄ non erat obligatus sue fideiussioni. Et hoc vex nisi fideiussor esset in dolo vel lata culpa respectu maleficij postea perpetrati: q̄ in conscientia tenerec ad restitutionē dā ni proximi. al's non.

¶ Utrum fideiussor rei decapitādi cui dict' re' 11
fuerat assignat' ꝛ fugit fit ipse decapitandus. ff. Ly. in. l. ad pmentariensem. C. de custo. reo. ꝛ Bar. in. l. si quis reū. ff. de cu. reo. q̄ non. sz pecunialiter puniec. Nō q̄ nemo pōt se obligare ex cōtractu ad penā capitalē. q̄ nemo est dñs membroꝝ suoꝝ. xxiij. q. v. si nō lz. ꝛ in. l. liber hō. ff. ad. l. aquil. Si tñ fuerit in dolo punic pena arbitraria. vt no. in dictis locis. ꝛ in glo. c. cū hō. xxiij. q. v. Hec ob. d. l. ad cōmentariensem. q̄ logtur de illo qui hēt ex officio custodiam qui punit eadem pena qua erat puniendus incarceratus si est in dolo fuge vel in negligentia. vt ibi no.

¶ Utrum possit quis interponere fideiussoreꝫ 12
in causa criminali. ff. Pa. in Rubrica de fideiuss. q̄ si non venit imponenda corporalis pena potest: al's non. Et sic intellige. c. si clericus. de sen. ex. lib. vi. facit. d. l. si quis seruum. iuncta. l. diuus pius. ff. de custo. re. ꝛ est bonus ter. in. d. c. cum homo. ꝛ ibi etiam glo. ff allit in muliere: de quo dic: vt in autenti. vt nulli iudi. §. necessarium.

¶ Utrum cum plures insolidum sunt fideiuso- 15
res debeat diuidi debitum inter eos. ff. Pa. i c. peruenit. co. ti. q̄ sic. si sunt omnes presentes ꝛ soluendo. ꝛ hoc postulent ante litem contestatam. ff. de fideiuss. l. si dubitet. §. i. Et istud est beneficium diui adriani positum. C. de consti. pe. l. diui adriani. ꝛ habes in effectu. insti. co. ti. §. si plures. ꝛ hoc verum nisi huic beneficio renun/

ciassent.

14 ¶ Vtrum presente debitore principali ꝛ in/ discusso possit conueniri fideiussor. ff. q. non vt in auten. presente. C. co. ti. ēt ſm ſpa. in. d. c. p nenit. si constituerit se principalem debitorez: vt sit cōiter hodie. Et hoc verum est nisi renuncia/ uerit huic beneficio. vt. C. de duo. re. sti. auten. Hita. ꝛ nisi debitor notorie sit non soluendo.

15 ¶ Vtrum creditor teneatur cedere actiones su as fideiussori. ff. q. sic. Intellige quas hz cōtra eum pro quo fideiussit. aliter potest ei denegare solutionē debiti. vt. l. modestinus. ff. de solut. ꝛ l. fideiussoribus. ff. eo.

16 ¶ Vtrum debitor teneatur satisfacere fideiusso ri de omni damno. ff. q. sic. Intellige qō ei euc/ nit ex sua culpa propter fideiussionem. c. ij. ꝛ. iij. co. ti. ꝛ de fo. compe. c. fi. q; officium suū nulli de bet esse dānosum. ff. de fur. l. si seruus cōmunis §. quod vo. ff. ad velle. l. ij. §. i. ff. quēadmodū te. aperi. l. sed si quis. ff. qui. ex cau. maio. l. vide licet. iiij. q. iij. §. venturis. ꝛ in glo. d. c. ij.

17 ¶ Vtrum repetere possit vsuras quas soluit fi deiussor pro creditore. ff. Jo. an. in regula dā/ num. lib. vi. in mercu. ꝛ sequitur ſpa. in. d. c. ij q; aut simpliciter erat solum obligatus ad debitū soluendum. ꝛ sic non repetet: sed sibi imputet si soluit q; non erat obligatus. facit. l. centum. ff. de eo quod cer. lo. nisi soluisset vsuras vt interes se. Et hoc verum quando fideiussor obligasset se non solum simpliciter: sed etiam in omnē casum venientem ex debito principali: quia teneretur ō augumento debiti. vt. d. l. centum. ꝛ. l. quero. § i. ff. loca. ꝛ. l. mora. ff. de verbo. obli. al's simpli/ citer fideiubens non tenetur ad interesse: nec ad augumentum debiti. vt no. glo. in. d. c. iij. ꝛ se/ quuntur doc. ꝛ ideo sibi imputabit si soluet iure fori: hz iure poli debitor tenetur si ipse erat obli/ gatus in vero ad interesse: seu augmentum cre/ ditori. al's non. Aut obligauerat se fideiussor ad vsuras soluendas. Et sic secundū legistas: ꝛ ca nonistas distinguitur: quia si soluit sponte: non repetet secundum glosam. in dicto capitulo secū do. quia indebite erant. vt in capitulo debitores de iureiurando. Si vero soluit coacte: sed non opposuit exceptionem: non repetet. Si autem opposuit. sed per iniquitatem iudicis fuit coac/ tus soluere. Et sic non posset repetere nec debi/ tor tenetur per legem exceptionem. ff. eodem ti/ tulo. ff. de euictio. l. si per imprudentiam. Sed in contrarium: secundum Theologos. ꝛ in con scientia tene firmiter q; tam in isto casu quan/ do soluit coacte q̄z etiam quando sponte soluit. eo quod sic promisit eas soluere q; possit repe/ tere ꝛ quod debitor sibi teneatur. quia sic intelli/ gitur mandasse vt soluat debitum. vt lege si pro curator. ff. de condition. indebi. Et sic sibi im/ putet debitor qui cum fideiubere fecit pro vsu/ ris nisi soluerit in fraudem vt faueret vsurario. quia sic non repetet. Aut non solum fideiussit soluere vsuras. sed etiam iurauit. Et sic repe/ tet secundum omnes: quia licet posset petere ab/ solutionem a iuramento. non tamen tenetur se/ cundum Bofredum: quia licet teneatur fide/ iussor excipere. vt notatur in glosa. dicto capi/ tulo secundo per multa iura: non tamen tene/ tur agere.

¶ Vtrum fideiussor remaneat obligatus pro 18
rogato termino a creditore. Respon. secundum Panormita. in capitulo constitutus. eodem ti/ tulo. communiter tenetur q; aut fideiussor erat obligat9 ad tps solū. puta vsq; ad annū: ꝛ sic nō tenet post ānū, prorogato termino p legē itez q̄ri/ tur. §. qui impleto. ff. locati. vbi patet q; si loca/ ui tibi domum vsq; ad annum dato fideiussore. Si conducis postea tacite ad aliud tempus: fi/ deiussor non tenetur nisi de nouo promittat. Ā/ ut obligatio erat pura: licet solutio dillatata sit ad tempus: ꝛ sic licet solutio sit prorogata non tamen liberatur. Ratio. quia nulla facta proro/ gatione termini tenetur fideiussor etiam post ter minum sicut ꝛ reus principalis. argumentum. capitulo cum dilecti. de dolo. ꝛ. lege celsus. ff. de arbitris.

¶ Vtrum fideiussor ante tempus possit age/ 19
re contra debitorem vt liberet eum. Respon. q; sic. in tribus casibus. Primus si diu in debiti solutione stetit. Secundus si dissipare bona sua debitor incepit. Tertius si condemnatus fuit su per fideiussione. de quibus habes in. c. fi. eo. ti. ꝛ vide quod ibi not.

¶ Vtrum fideiussor pro alienatione rei dota/ 20
lis vel donationis propter nuptias constante ma trimonio teneatur de euictione. Respon. ſpa/ nor. in capitulo cum contingat. de iureiurando. Barto. in lege cum lex. ff. eodem titulo. ꝛ Jo'. andre. post multas opiniones. videntur con/ cludere q; si mulier vendit non tenetur nec ipse: nec ipsa mulier. dicta lege cum lex. sed si vendit maritus vel alius tenentur vendens ꝛ fideiuſ/ sor vel ad rem tradendam vel ad interesse. secun dum quod notatur in lege rem alienam. ff. de contrahenda emptione. argumentum. leg. ꝛ si is. C. de pre. mini. Ratio: quia lex non resi/ stit venditioni ꝛ actioni personali. sed aliena/ tioni. idest translationi dominij. Vnde vxor nō obligatur. q; teneretur ad translationē dominij.

l. ex empto. i prin. ff. de ac. emp. ⁊ ven. nec fide iussor qz hꝫ ret regressum contra mulierem. Et hꝫ verum nisi mulier iurasset: qz si iurasset teneret tam ipsa qꝫ fideiussor. Et hec opi. placet omissis alijs multis in. d. c. cum contingat. per Joan. ⁊ do. Anto. tactis.

20 ¶ Utruꝫ fideiussor possit aliquid recipere sine vsura a debitore. ℟. quidā tenent qz non qz esset vsura. Nō qz videtur qz fideiussio sit quoddam mutuū interpretatū. Sed ego credo qz nō sit vsura aliqd accipere. Dūmodo fraus neqꝫ dolus interueniat. puta qz conuenit cuꝫ aliquo: ne credat debitori nisi fideiubeat vt sic lucrari possit: quia tunc non liceret. als sic. qz hic nō est mutuū vere neqꝫ ēt interpretatū. Sed si rōe facti aliquid acciperet: hō esset iniustitia ⁊ contra charitatē quādo nullū periculum habet vel laborē in fideiubēdo sed qñ aliquid accipit rōne periculi cui se exponit vel forte laborū ⁊ ceterorum que faciliter incurrūtur i talib⁹ fideiussionib⁹ esset omnino licitū aliquid accipere: moderate tamē. ⁊ sic est contract⁹ innominatus: non mutui.

¶ Fides dicit duplic iter. s. pactionis ⁊ consensus. vt hꝫ i. c. i. de spō sa. duo. Omnis pactio quantūcūqꝫ sim plex dr fides. Vnde veniens contra promissionē dicit venire ꝯ fidem prestitam. Et sic capitur in. l. i. ff. de pac. ⁊. ff. de consti. pecu. l. i. Uñ dicitur fides quasi fiet. ⁊ hec respectu promissionis de futuro. Alia est que est consensus de presenti Et hec facit matrimoniū: vt no. in. d. c. i. de hoc habes ēt. j. Juramentum. i. §. vi.

1 ¶ Utrū fides sit frangenti seruanda. vide. infra Juramentum. v. §. xvij.

2 ¶ Est ⁊ alia fides que dr substantia sperandaꝝ rerum. arg. non apparentium ad hebr. xi. c. Et de ista intellige q̄. j. dicā i toto isto capitulo.

3 ¶ In quo differt fides ab opinione. Respon. vt infra Opinio.

4 ¶ Que pertinent ad fidē. ℟. Tho. ſa ſe. q. xi. ar. ij. q. directe ⁊ principaliter articuli fidei. Indirecte vo ⁊ secūdario ea cr quib⁹ si nō crederet seqret alic⁹ articuli corruptio. Et circa vtraqꝫ potest esse heresis eo mō quo ⁊ fides.

5 ¶ Quot sunt articuli fidei. ℟n. cōiter dr q sunt xij. qz quilibet apostolorum qui fuerunt. xij. suū posuit. ⁊ oēs insimul oēs articulos approbauerunt. Sed verius dicendū est q sunt. xiiij. septē pertinētes ad diuinitatem. ⁊. vij. ad humanitatē xpi qui oēs ponunt in symbolo minori qui sunt infrascripti. Primus quem posuit Petrus ē. credo in deū patrem omnipotentē creatorē celi ⁊ terre. In quo tria continent. Primū vnitas deitatis, ibi credo in deū: non deos. Secūdū distinctio persone patris ibi patrem omnipotentē. Et vt dicit Ri. in. iij. sen. hic omnipotentia includit oēm scientiam: summā bonitatē: prouidentiam respectu omniū ⁊ oēm perfectionē. Tertiū creatio omniū ibi creatorem celi ⁊ terre. i. visibiliū p terram ⁊ inuisibiliū per celū significans. Secundus articulus quē posuit beat⁹ Andreas est. Et in Jesum christū filiū eius vnicum dñm nostrū: eius dicit. i. patris. ⁊ vnicū: qz solus vnus est filius: ⁊ dominū nostrum. s. iure creationis gubernationis ⁊ redemptionis. Tertius articul⁹ quez posuit Joannes est. Qui concept⁹ est de spiritu sancto natus ex Maria virgine. Quartus quez posuit Jacobus maior est. Passus sub pontio pillato: crucifixus mortuus est ⁊ sepult⁹. Quintus articulus quem posuit Thomas est. Descendit ad iferos: tertia die resurrexit a mortuis. In quo ptinent duo articuli. Primus descendit ad iferos. s. ām aiam. Secūdus resurrexit a mortuis. s. gloriosus ⁊ imortalis. Sext⁹ articulus quē posuit Jacobus minor est. Ascendit ad celos. sedet ad dexteram dei patris. Ascendit enim non solū super omnes celos. i. super oēm creaturam corporalem: sed ēt super omnē spiritualem: qz, pter dignitatem vnionis oēs excellit. ephe. i. ,p, terea addit: sedet ad dexteram dei patris. i. i potiorib⁹ bonis patris. Septim⁹ articulus quē posuit Philipp⁹ est. Inde venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. i. eos q in eius aduentu viui reperient ⁊ in momento morient: ⁊ postea resurgent cū eis q primo erant mortui. Octauus articulus quem posuit Bartholomeus est. Credo i spiritum sanctuꝫ. qui. s. est tertia persona in trinitate. Nonus articulus quem posuit Matheus est. Sanctam ecclesiam catholicam. i. congregationem fidelium. Decimus articulus quem posuit Simon cananeus est. Sanctorum cōionem remissionem peccatorum. Et iste articulus cum illo quez posuit beatus Matheus est vnus articulus ⁊ ad vnum ⁊ eundem articulum pertinet qui est de operatione dei per quam dat nobis eē gratie. Et est sensus. Credo in spiritum sanctuꝫ facientem sanctam ecclesiam catholicam. i. vniuersalem in qua est communio sanctorum. ⁊ remissio peccatorꝝ. Et ideo non debet dici. In sanctam: sed sanctam. vel est sensus. Credo catholicam ecclesiam esse sanctam. s. per operationē dei ecclesiam in quam habentem cōmunionem sanctorum ⁊ remissionem peccatorum. Tamen ad hunc articulum reducitur fides d sacramentis. qz in eis communicant fideles ⁊ sunt instrumenta sanctificandi. ⁊ ex consequenti peccata remittē

di. Vndecimus articulus quem posuit Judas Tadeus est. Carnis resurrectionem. Duodecimus articulus est quem posuit Mathias. Vitā eternam. Et est sensus istorum duorum. Credo q̄ deus resuscitabit nos ⁊ dabit nobis vitā eternam. s. bonis. ⁊ ex consequenti sequitur q̄ dabit malis penam eternam. hec ex Ricar. in. iij. distinc. xxv.

6 ¶ Utrū simplices qui in subtilitatibus fidei errant peccent. ℟. Tho. 2a 2e. q. ij. ar. vi. q̄ non. si non pertinaciter perueꝛse doctrine inherent in particulari ꝓtra vniuersalis eccle fidē. Spe. Voti. de hereti. ⁊ Aluarus. vt refert Jo. de li. tenēt q̄ peccant mortaliter: ⁊ sunt heretici. Specu. allegat. xxiij. q. i. scisma. C. de hereti. l. ij. ⁊ de iudeis vocan. l. venia. xxxvij. dist. c. fi. Aluarus Vo allegat. vi. q. i. quero. xvi. q. i. si cupis. xxij. q. ij. i ipsarum. Sed ego credo veram opinio. Sanc. Tho. immo plus dico q̄ aliquando talis error posset esse meritorius. vtputa aliqs audit aliquē predicatorem famosum vel episcopum predicasse aliquem errorem. ⁊ simplex credit animo obediendi fidei. paratus tamen corrigi. nam ex intētione opera iudicantur. c. cum voluntate de sententia excom. Aliquando cum peccato veniali: vt puta vetula credit trinitatem esse vnam feminaz ⁊ quia credit ecclesiam sic tenere sic credit: ⁊ tamē non est heretica: q̄ conditionaliter credit si ecclesia sic tenet ⁊ credit. Aliquando est cum mortali vt est quando homo scienter credit aliquid quod est contra articulos fidei vel determinationez ecclesie. ⁊ hoc patet ex. c. dānamus. in fi. de sum. trini. Ad iura que adducit Specu. l. ij. cum sua glo. est contra ipsum. l. venia. nihil facit ad materiam. c. scisma. loquitur de hereticis paratis se corrigere. Ad iura Aluari que videtur velle q̄ ignorantia non excusat. loquuntur de ignorātia iuris naturalis que non excusat. Et hoc tene: sic tenet ēt Inno. in Rubrica. de sum. tri. ⁊ Lar. in cle. vnica. de sum. tri. Vide ēt qō. j. dicam. Hereticus. in princi.

7 ¶ Utrum omnes teneant̄ habere fidem explicitam. ℟. fm sanctū Bo. in. iij. dist. xxv. ⁊ conuenit cum eo. Ricar. ibidem q̄ credere explicite ⁊ distincte est fidei proueꝛe. ⁊ non est necessariū nisi illis qui fidem necessario alijs habent manifestare: qui. s. officium docendi ⁊ predicādi susceperunt. Credere Vo implicite est fidei diminute. ⁊ non sufficit habenti vsum rationis: q̄ cum quedam sint notorie diuulgata nō posset qs illa ignorare sine contemptu ⁊ totali negligentia sue salutis. Credere Vo partim implicite. s. quosdā articulos ⁊ quosdam alios explicite est necessarium ad salutem. Tenent̄ enim etiaz simplices ad illos articulos explicite credendos quos eis manifestat non tm predicatio sed etiam ecclesiastica consuetudo: vt est de vnitate ⁊ trinitate quā ex signatione noscere possunt cum dicūt. In nomie patris ⁊ filij ⁊c. Item de natiuitate passione ⁊ resurrectione que festa predicant. ⁊ remissionē peccatorū quam ex actu presbyterorum noscere possunt. Ideo ab ignorantia talium nullus excusat̄ vtens ratione: q̄ non potest esse sine negligentia ⁊ contemptu: nisi fm Ricar. vbi. s. illi qui bus Christus nec per se nec per aliū: nec per inspirationem interiorem locut⁹ est. q̄ tales non tenentur credere explicite nisi id quod credebatur in lege nature. Tenet etiam Ale. de aler. 2a 2e. titulo de perplexitate conscientie q̄ puer in carcere sarracenorum inclusus ab infantia fm Aug. de questionibus noui ⁊ veteris testamenti. si nō fuerit a quo didicerit nec ad eum rumor doctrine fidei peruenerit imunis erit. ⁊ cū non habeat in potentiam omnino credendi. dicit Ale. q̄ si faciet quod in se est deus illuminabit eum vel p̄ occultam inspirationem: vel per angelum: aut per hominem.

¶ Utrum sit necessariū ad salutem confiteri ea 8
que sunt fidei. Respon. q̄ sic. pro loco ⁊ tempore. fm Tho. 2a 2e. q. iij. ar. ij. puta quando si aliquis interrogaretur de fide ⁊ taceret: ⁊ ex hoc crederetur vel q̄ non haberent fidez vel q̄ non cēt vera: vel alij per eius taciturnitatem a fide auerterent̄ ⁊ huiusmodi casibus in quibus bonoꝛ debitus deo ⁊ vtilitas proximis impendenda subtrahitur nisi confessio fiat est necessaria de precepto. In alijs autem casibus non est necessaria ō precepto sed de consilio si modo vtilitas fidei speratur. Vituperabilis est confessio fidei quando solum est ad perturbationem infidelium dicente domino. Matth. vij. Nolite sanctum dare canibus. facit. c. in mandatis. xliij. di.

¶ Quid de illo qui licet interius credat. tamen 9
propter timorem. facit aliquem actum infidelitatis. puta exhibet reuerentiam idolo portat aliquā vestem designatam ad aliquod determinatum signum infidelitatis: ⁊ huiusmodi. ℟. peccat mortaliter. q̄ fm Aug. xxxij. q. iiij. sicut. Sanctius est mori q̄z vti idolatico. hec ille. Secus esset si ꝰ designaret determinate infidelitatem sicut legimus in beato Sebastiano qui vtebatur clamide militari ex bono zelo: vt lucraretur animas christo. ⁊ huiusmodi.

¶ Utrum liceat prece vel precio aliquē adducere 10
ad fidē. vide. j. Judeus. ℣. xxxiij.

¶ Utrū liceat disputare de fide. vide. ō. Dispu 11

tatio. De hac materia vide. ſ. Infidelitas.

Filius quidã dñ ſpuri⁹. ⁊ ꝓprie ẽ natus ex mre nobili ⁊ pfe ignobili: vel pfe incerto ⁊ mre vidua. Sed i iure ſpuri⁹ dñ omnis nat⁹ ex illicito coitu. ꝓterq̃z de ꝯcubina i domo retenta ab eo q nõ ẽ ꝯiugat⁹ vt no. i. c. tãta: q fi. ſunt le. ⁊ no. Bar. i. l. gener ff. de his q. vt idig. q̃zuis nat⁹ de adulterio, ꝓpter noie voceꝫ mãcer. deutro. xxiij. ⁊ in. c. niſi cum prudem. §. pſone. de renun. ⁊ ois talis ſpuri⁹ in nihilo ſuccedit pñi: vel ꝯiunctis p lineã pñam: q nõ dñ agnat⁹. de quo ter. i. c. dicat aliqs. xxxij q. iiij. ⁊ glo. i. c. p venerabilẽ. q fi. ſunt leg. ⁊ qõ no. i autẽ. ex ꝓpleru. C. de ince. ⁊ inuti. nup. ⁊ i ſti. de ſuc. co. §. vulgo. ⁊ inſti. ad orphi. §. nouiſſime. Immo nec pater põt talẽ inſtituere heredez aũt. lz. C. de na. li. ⁊. d. c. dicat aliquis. Vñ dicit ſpa. in. d. c. per venerabilẽ. q baſtardi nobiliũ nõ dicũt de parentela parentũ: q ſordes nõ computanꝫ inter ꝑcipuos. C. ad orphi. l. ſi qua illuſtris. nec arma parentũ portare poſſunt. ⁊ ẽ ſnia Bal. in. l. cũ legitime nuptie. ff. de ſta. ho. ⁊ ſequtur. d. Anto. in. d. c. per venerabilem.

1 ¶ An tales ſuccedant mñi. Diſtingue q aut eſt vulgo queſit⁹ ⁊ ꝓprie ſolũ ſpuri⁹: ⁊ ſic ſuccedit cũ legitimis filijs: niſi mr ſit illuſtris femina. vt in. d. l. ſi qua illuſtris. ⁊ ibi per gl. ⁊ Bar. ⁊ Inſti. de ſucceſ. cogna. §. vulgo queſit⁹. Idẽ dic de notis. Aut ſunt ẽt mãzeres: ſicut nati de ea q̃ nõ poterat eſſe legitima vxor ſiue q alteri nupta vel ipſe: ſiue q ꝯſanguineus vel affinis: ⁊ ſic in nihilo ſuccedunt: vt in. d. auten. ex complexu. põt tñ hñdes eos inſtituere ſm Adar. ⁊ Aldo. ⁊ videꝫ tenere glo. in. d. c. tanta.

2 ¶ Queriñ an parentes ſuccedãt prefatis ſpurijs ff. ſpa. in. d. c. tãta. q non in eo caſu quo ipſi ñ ſuccedũt parentibus. ⁊ hoc verum de quibuſcunq filijs illegitimis.

3 ¶ Quero an pfati ſpurij poſſint inſtitui hñdes ab alijs extraneis. ff. ſpa. in. c. cũ haberet. d eo qui dur. in ma. quã po. per adul. q. ſic. q non ꝓ hibentur niſi parentes: vt no. glo. in aũt. q. mo. na. effi. ſni. §. vlti.

4 ¶ Utrum parẽtes poſſint pfatis ſpurijs aliqd relinquere rõne alimentoꝝ. ff. q. ſic. vt no. bar. in. d. auten. ex complexu. Immo teneꝫ de equitate canonica eos alere ſm facultates coꝝ. ⁊ tam pater q̃z mater: tum q tales nõ ſunt in poteſtate nec patris nec matris. Inſti. de nup. §. ſunt ⁊ alie perſone. ⁊. l. vulgo ꝯcepti. ff. de ſta. ho. tũ q alimenta debentur inſtinctu nature que ſic matrem obligat ſicut prem. vt no. Inno. in. c. ij. de regula. ⁊ ſpa. in. d. c. cũ haberet. Secus de iure civili. vt in. d. auten. ex ꝓpleru. Unde dicit Bal. in l. ſi. §. ſi a ſocero. ff. de his que in frau. cre. q de equitate canonica põt pr dcare ſpurio. vt habeat pro alimentis. Et ſilr legare pro alimentis. not. Bar. in. l. ſi. ff. de his qui. vt indi. ⁊ Ly. in. l. ñ omni titulo. C. de admi. tut. dicit q ẽt ſpuria dz dotari. vt no. Imo. in. l. lucio. la. ij. §. i. ff. de le. ij. Limita ꝑdicta niſi cẽt in nimia quantitate in fraudẽ legata. Et ꝯclude q prefati contra predicta a patre recipiendo de eius bonis tenetur reſtituere etiam in conſcientia.

¶ Filius alius dñ notiꝫ: vt no. i. d. §. ſunt ⁊ alie perſone: qui aliquando dñ naturalis tantũ: q̃zuis ſpurij etiam ſint naturales tantum. ⁊ talis eſt ille qui eſt natus ex coitu neq̃z dãnato: neq̃z approbato de iure ciuili: vt eſt filius concubine ſolute in domo retente a ſoluto que poſſet eſſe eius vxor legitima. puta q non eſt conſanguinea nec affinis. vt in. l. in concubinatu. ff. de concubi. ⁊ iſte ſuccedit patri ab inteſtato in duab⁹ vncijs totius hereditatis: dũmodo non exiſtant filij legitimi vl vxor legitima: vt in auten. liceat patri. C. de natura. li. q filijs legitimis exiſtentib⁹ vel nepotib⁹ non põt niſi vnam vnciam relinquere ei ⁊ matri ⁊ non vltra. vt. l. matre. C. de natura. li. Sed ſi nihil reliquerit ei: in nullo ſuccedet. ſz tamen dz alimentari a legitimis. 5

¶ Sed nunquid ſi nõ habet filios legitimos poterit tales heredes inſtituere. ff. q ſic. etiam in totum legitima tamen reſeruata parentib⁹ ſi habet vt no. in. d. auten. liceat patri. Et lz Boſſre. teneat q non ſuccedat. cum hodie talis coitus ſit reprobatus. vt in auten. de leno. col. iij. ⁊ in auten. ſcenicas. colla. v. ⁊. C. de concubi. l. vnica. tamẽ ego teneo cũ glo. in. d. c. tanta. ⁊ in. c. niſi cum pdem. de renun. q ſuccedunt etiam de iure canonico. quia ex quo ius canonicum non ſtatuit oppoſitum non debemus in hereditatibus recedere a diſpoſitione iuris ciuilis. facit. c. per venerabilem. qui filij ſint legi. ⁊ ſequitur ſpanor. in. d. c. tanta. 6

¶ Filius alius dicitur legitimus tantum. ⁊ iſte eſt adoptatus vel arrogatus. Et dicuntur legitimi tantum: quia non natura ſed legis inſtitutiõe ſunt filij. vt de cogna. leg. in rubro ⁊ nigro. Et iſti ſuccedunt patri legitimo ſimul cum filijs legitimis naturalibus. vt nõ. C. de adopti. l. fina. ⁊ Inſti. de here. que ab inteſt. def. §. item adoptiuos. ⁊ in. l. ſi pater. ff. de adoptio. vide. ſupra. Adop. §. i. ⁊ ij. 7

¶ Filius alius dicitur ſpiritualis ⁊ legitim⁹. ſicut eſt ſuſceptus ꝺ baptiſmo vel chriſmate. Et iſte in nihilo ſuccedit. quia cuius ſit ſpiritualis non ex- 8

tendit se ad temporalia. ¶ Filius autem dicitur spiritualis tantū: sicut sunt omnes christiani pape. ⁊ de diocesi episcopi: ⁊ de parrochia presbyteri: vt in. c. omnes. xxx. q. i. Et isti similiter in nihilo succedunt parentibus suis isto modo.

9 ¶ Filius alius naturalis ⁊ legitimus. naturalis dicitur. q̄ naturaliter est generatus legitimus q̄ ex legitima parentum coniunctione approbata p leges: isti succedunt ab intestato parentib⁹ omnibus alijs exclusis: vt in auten. de hered. que ab inte. Limita nisi in casu in quo aliqui specialiter admittunt̄: vt dictum est in filijs adoptiuis: ⁊ sunt quasi domini viuentibus parentibus: solum eis deest administratio. vt insti. de hered. qua. ⁊ dif. §. sed sui. Vnde ex consuetudine lege iunata filij comitum appellantur comites: vt filij regum reges etiam in vita parentuꝫ. vt. xxiij. q. i. c. fi. ⁊ per Bar. in. l. fi. C. de digni.

10 ¶ Vtrum filius naturalis tm̄ efficit legitimus per sequēs matrimoniū inter patrem ⁊ matrem eius. R. Spa. in. d. c. tanta. q̄ sic. quicunq; sit filius naturalis: si tempore quo genit⁹ fuit poterāt esse legitime vir ⁊ vxor, in matrimonio parentes eius. Et ly Bar. in. l. pe. ff. de concubi. velut solum hoc esse verum in concubina in domo retenta postea pro vxore capta, tamen canoniste communiter tenent contrarium: ⁊ hoc teneas. Sec⁹ esset si tempore generationis nō potuisset eē matrimoniū inter parentes: q: licet per dispensationem vel alio modo sit postea contractum matrimonium: non tamen erunt legitimi. Sm̄ Joan. and. in quadam apostilla Bal. in li. feu. ti. si de feu. contro. fuc. vult q̄ nisi interueniat instrumē tum dotale. vt volunt iura. insti. de nupt. §. ali quando. ⁊ insti. de here. que ab inte. defe. p⁹ pn. ⁊ in auten. qui. mo. natu. effi. sui. §. fi. q̄uis seq̄ tur matrimoniuꝫ non limitatur. Sed ego teneo contrarium: sicut tenent moderniores canonisteē cōiter ⁊ in pratica sequuntur legiste.

11 ¶ Vtrum filij nati ex clandestino matrimonio sint legitimi. Respon. glo. in. c. quod nobis. qui fi. sunt legi. q̄ si nullum est impedimentum post approbationem matrimonij erunt legitimi siue sint nati ante approbationem matrimonij: siue post. Et hoc sequuntur omnes ⁊ probatur in. c. ij. de clande. desponsa. Nam approbatio retrotrahitur ⁊ perinde est ac si a principio fuisset contractum in faciem ecclesie. immo plus dicit Alanus q̄ ly clandestine contrahentes non presumātur coniuges. vt dicit glo. in. c. latoꝛ. qui fil. sunt le. tamen hoc procedit respectu nubentium: sed respectu filiorum presumuntur coniuges quod est notandum. Ex quo infert Spa. in. d. c. latoꝛ. q̄ natus ex viro ⁊ muliere simul cohabitantibus presumitur legitimus: q: fauore legitimationis presumitur inter eos matrimonium. pro quo facit. l. in libere mulieris. ff. de ritu nup. Et marime procedit si vocabant se coniuges. vt no. Jn. no. in. c. ex parte. de resti. spo. dicit etiam Hos. q̄ si multo tempore simul tanq̄ coniuges cohabitarunt presumendum est esse matrimoniuꝫ. facit quod nō. ipse in. c. illud. de presump. Si autē erat impedimentum: tunc sunt opi. Jo. an. ⁊ d. Anto. tenent q̄ post approbationem legitimantur postea separentur. Blo. tenet q̄ hoc est verū in natis post approbationem: sed non in ante natis. Joā. cal. tenet q̄ nullo modo legitimantur. Et hoc putat Spa. verum de rigore iuris. facit. c fi. in. §. si quis. de clan. despon. Et hanc teneo, pter prefatum. c. fi. vbi est tex. apertus. vide de hoc. s. Clandestinum quando dicatur in prin.

¶ Vtrum natus de sponsa de futuro sit legiti- 12
mus. Respon. Spanoꝛ. i capitulo per tuas. qui filij sunt legitimi. q̄ sic. si nullum sit impedimentum. alias secus: secundus q̄ dictū est i prece. q.

¶ Vtrum filius qui cōmuniter reputatur fili- 13
us viri ⁊ vxoris teneatur credere vxoꝛi dicēti eū illegitimū. vide. s. Adulteriū. §. v.

¶ Vtrum ex tractatu parentum quis constitua- 14
tur filius. Respon. Spanoꝛ. vbi. s. q̄ ex nominatione filij ⁊ tractatu vt filij constituitur quis in possessione filiationis etiam si sit natus extra domum. Vnde ibidem dicit dominus Anto. quē sequitur Spanoꝛ. vbi. s. ⁊ not. Butri. in. l. quidam. ff. de probatio. q̄ tractatus parentum. puta quia illi tractabant eum vt filium: ⁊ ipse eos vt parentes probat aliquem filium alterius. immo plus vult glosa in capitulo transmisse. qui fi. sunt legi. q̄ probatio huius tractatus prefertur negationi parentum. Item do. Anton. in. d. c. vult q̄ etiam sola famā probet filium si nihil probetur in contrarium.

¶ Quid si probetur q̄ vxoꝛ eo tēpore cōmisit 15
adulterium quo talis conceptus est. Respondet Spanorm. in dicto capitulo transmisse. ⁊ capitulo per tuas. eodem titulo q̄ si pater seu maritus cohabitabat eo tempore cum vxore reputatur legitimus. quia cum possit esse filius vtriusq; debemus fauore filiorum presumere q̄ sit filius mariti potius q̄; adulteri: pro hoc est text. in lege miles. §. defuncto. ff. de adulterijs. l. quia semper. ff. de in ius voca. Idem dic de filio nato de concubina retenta in domo. vt semper presumatur filius concubinarij. vt habes glosam singularem in capitulo michael. de filijs presbyteroꝛum. Secus si fuisset absens tanto tem-

pore q̄ nō potuisset eū generare. vt. ff. de his qui sunt sui: vel alic. in. l. filiū.

6 ¶ Utrum truncatio vel mutilatio digiti inducat irregularitatem. fl. do. Lardi. in cle. predicta q non: sed cum fit in principalibus membris fm Landul. all'. c. i. de cle. pug. in due. qđ loquit de membro. Jpo quo not. q membrū propzie sumptū ⁊ stricte est fm Bar. ⁊ Jo. de imo. in. l. ij. circa fi. ff. de publi. iudi. pars corporis habens officiū separatum ⁊ distinctum sicut manꝰ ad pandū ⁊ pes ad ambulandū. Facit. c. singula. lxxxix. dist. iuncta glo. Facit ter. in. d. c. sicut vrgeri videoz: ⁊ in ꝛ uten. pdicta. sed nouo iure. Digitus aūt non est propzie membrum: sed pars mēbri seu officium mēbri: vt. l. non sunt liberi. ff de sta. ho. ⁊. d. l. idez ophilius. Et iō optime tenendum non esse irregularem talem truncatozem vl mutilatozem.

¶ Qua pena punit pater qui occidit filiū vel filiꝰ q occidit patrem. fl. Jpa. in. c. i. de his qui fi. pro. occi. fm leges ponaī in sacco decozio cū cane simia vipera ⁊ gallo: ⁊ sic proijciaī in flumie. Si nō hī portatur in insulā aferis deuozandus l. vnica. C. de his qui pa. vel fi. p zo. occi. ⁊. l. i. ff ad. l. pom. de paricidis. 7

¶ Qua pena puniunt alij homicide. Clericus debet deponi ⁊ sine alia incozrigibilitate tradi curie seculari: hoc intellige quando voluntarie occidit. Si vo a casu: tunc glos. in. c. fi. de his q fi. occi. dicit q si a casu nulla culpa precedente: sic nī la penitentia imponit: nisi forte ad cautelā: qz bona mentiū est culpā agnoscere: vbi culpa nō est c. consilium. §. ij. de obseruā. iciu. xxv. di. ad eiꝰ ⁊ de pe. ⁊ re. c. quesitum. Si vo culpa precedente: dic vt. ś. Homicidium. ij. §. xv. 8

¶ Ad quid tenentur homicide: vide. ſ. Restitutio primo. in. v. homicida. 9

h Omo constituit ex aīa ⁊ corpore altero istoz deficiente non est hō: vt patet ex. c. cum christus. ō here. ⁊ in. c. in quadam. de cele. missa. ⁊ in. c. ficut. de homici.

¶ Utrum liber hō possit dari in pignus ⁊ i subsidium aliaz rerum deficientium. fl. q non. Facit. c. latoz. de pigno. imo pdit recipiens eū in pignus debitū: ⁊ tantūdem de suo dare teneī detento vel eius parentibꝰ: vt no. glo. in. c. ex rescripto. de iureiur. ⁊. C. de act. ⁊ obli. autē. oio. Vbi dicitur q quadruplum restituat. Hō qz illa que non sunt in nostro cōmertio obligari nō possunt l. i. §. eam rem. ff. que res pigno. Sed liber hō nō est dominus membrorum suorum. l. liber hō. la prima. ff. ad. l. aquil. Et ideo pulchre dixit Bal. in. l. ij. C. de patrib' qui fi. distra. q illa. l. ij. habuit ortum a legibus antiquis fm quas pater poterat occidere filios. l. in suis. in fi. ff. de li. ⁊ po. que hodie est correcta. Et ideo solum permittitur venditio cā paupertatis seu egestatis victus: qz filius sic venditus potest se redimere precium offerendo ipse vel alius pro eo vel mancipium. vt in dicta. l. secunda. 1

¶ Utrum liber hō possit dari in obsidem. fl. q 2

de iure nō pōt nisi per papā ꝛ imperatorē: vt no. in.l.obsides.ff.de testa.ꝛ.l.diuus.ff.de iure fi/sci.ꝛ per eum qui non recognoscit superiorē: vt no.Bar.in.l.famē.ff.de publi.iudi.ꝛ in.l.ho stes.ff.de cap.ꝛ in.l.i.§.de qua.ff.de postulat. Tñ de consuetudine vsurpatum est contrariū ſz glo.in.l.ij.C.de patribus qui fi.distra. Et sic ō facto seruatur: vt etiā ciuitas que recognoscit su periorē det obsides ꝛ alij similes ꝛ habet talis cō suetudo vim legis.l.de quib⁹.ff. de legi. imno videtur licere de iure cōi dare obsides p̄o pace seruanda ſm glo.in.c.vt p̄idic.xxiij.q.viij.sed non p̄o pecunia.vt in.d.c. ex rescripto.ꝛ.d.l. ex rescripto. et. d.l.i.qꝫ liber homo nō potest ob ligari p̄o pignore. nec potest haberi in eo ius pi gnoris: sed tantū ius retentionis.

h Onestas requiritur in omni ne/gocio: qꝫ est vnum p̄/ceptū iuris. isti. de iusti. ꝛ iur. §. iuris p̄ce pta sunt h honeste viuere. ꝛc. In matrimonijs. ff. de ritu nup. l. semper. in coniunctionib⁹. non solum qꝫ licet considerandum est. sed ꝛ qꝫ bone/stum sit. hec ibi. In lege di. iiij. erit aūt. i voto. c. magne. de voto. In iuramento. xxij. q. v. de for ma: nec fisco rem quā vendit retractare p̄mittit p̄opter honestatem. l. vlti. C. ne fiscus rem quā ven. cum. l. x. Nec actio furti datur viro ꝺ vxo/rem: nec patri contra filium vel econtrario p̄op ter honestatem. ff. de furtis. l. si quis vxori. i p̄n. ꝛ. §. i. C. de fur. l. fi. Nec arrogatio. l. nec ea. §. pe. ff. de adop. p̄opterea. dicit tex. in. l. ex dāni i fecti. in p̄in. ff. de dāno infecto. honestus mod⁹ seruandus est ꝛ non immoderata cuiusqꝫ luxu/ria sequenda est p̄opterea dicitur in. l. filius qui ff. de condi. insti. Nam que facta ledunt pietatez extimamus verecundiam nostram. ꝛ vt genera liter dixerim que contra bonos mores fiunt: nec nos facere posse credendum est. hec ibi.

h Onor est maximum exteriorum bo/norum. vnde potentatus ꝛ di uitie p̄opter honores desiderabilia sunt quarto ethi.

1 ¶ Cui debetur honor. ℟. qꝫ solum virtuti ſm philosophum. iiij. ethico.

2 ¶ An sit honor p̄eferendus vtilitati. ℟. qꝫ sic. ar. in. l. inlianus. ff. si quis ob. ca. te.

3 ¶ Vtrū possit appeti honor sine peccato. ℟n. qꝫ non. Vnde philosophus. iij. ethi. dicit qꝫ nō sūt vere fortes qui p̄opter honores faciunt fortia. Nec ob. qꝫ honor est p̄emiuz virtutis. iiij. ethi. ꝛ p̄opterea sit appetibilis: qꝫ illud est verum qꝫ est p̄emium virtutis ex parte alioꝝ: qui. ſ. nō ha bent maius qꝫ retribuant. p̄opterea dicit idē phi losophus ibidē. qꝫ honor est p̄opter virtute: nō virtus p̄opter honorem. Nec ob. qꝫ idē ph⁹ di cit qꝫ honorum amator plusq̄z oportet: vel vñ nō oportet vituperabilis est. Ergo sine peccato ali/quando potest appeti: qꝫ ꝺcedo quando non p̄o pter seipsum appetitur: sed ad gloriam ꝛ laudem dei vel salutē aiarum: als semper peccatum est.

¶ Vtrum sit mortale peccatuz inordinatus ap 4
petitus honoris. ℟. qꝫ sic. ſm qꝫ ambitio est mor tale peccatū: de quo vide ambitio: als non.

¶ Vtruz oblatus honor sit suscipiendus. ℟. qꝫ 5
non. nisi ſm qꝫ dicitur. i. q. i. non est in fi. Quis/quis igitur sacerdotium non ad elationis pom/pam: sed ad vtilitatem adipisci desiderat p̄ius vi res suas cū eo qꝫ est subiturus honore metiat vt si est impar abstineat: ꝛ ad id cum metu etiam cui sufficere existimat accedat. hec grego.

¶ Vtrum querenti sit dandus. ℟. qꝫ non. imo 6
auferend⁹: vt. i. q. vi. c. sicut bis. Fugienti vo ē dandus ibidem. ꝛ. viij. q. i. in scripturis.

¶ Vtrum doctor qui in docendo p̄incipaliter 7
querit suum honorem peccet mortaliter. ℟. Dē ri. de ganda. primo quol. q. xxxiiij. qꝫ qui vtit ali quo p̄incipaliter ad quod non ordinatur in quo deum contēnit peccat mortaliter. Et sic conclu/dit qꝫ doctor qui p̄incipaliter querit honorem su um in docendo: ꝛ sic p̄efert honorem suum ho/nori diuino peccat mortaliter. qꝫ vt dicit Augu. li. i. de doctrina christiana ad fidem spem ꝛ chari tatem tota militat diuina scriptura que p̄incipali ter ordinatur ad honorem dei. In quo deus con tēnitur si p̄incipaliter ad alterius honorem ordi netur. Sed sane intellige ꝛ limita verum quādo legit aliquid quod est p̄incipaliter ordinatum ad honorem dei. vt cum predicat ꝛ huiusmodi. qꝫ secus credo quando legit aliquid quod non ē p̄n cipaliter ad honorem dei vt sunt leges ꝛ multe sci entie que ad pacem hominum ꝛ vtilitatem p̄in/cipaliter ordinantur: qꝫ tunc non contēnitur de/us. Et sic non erit mortale peccatum: ꝛ de hoc vi de vanagloria.

h Ora canonica p̄out hic accī/pio est officium diuinum certa hora dici naturalis deo p/soluendū ab ecclesiasticis personis.

¶ Quot sunt hore canonice. Respon. ſm glos. 1
in clemen. i. de celebra. missa. qꝫ sunt. vij. ſ. matu tinū: p̄ma: tertia: sexta: nona: vespe: ꝛ ꝺpletorii.

¶ A quibus debent dici. Respondē. qꝫ ab om 2
nibus ecclesiasticis personis. Facit. c. fi. xcij. di.

¶ Vtrum omnes ecclesiastici teneantur de p̄/ 3
cepto ad omnes horas canonicas dicendas. Re spon. ſm glo. in dicto. c. fin. qꝫ sic. ꝛ eam videtur

sequi Innocen. in. c. i. de celebra. missaruz. Sed doc, communiter in. d. c. i. dicunt q̄ non omnes tenentur. Sed solum triplex genus ecclesiastico rum. ¶Primū genus est illoꝝ qui sunt beneficiati. hoc patet per. d. c. fi. vbi dicit. ecclesie deputati. s. per beneficium: ꝛ sic soluitur opinio glos. predicti. c. fi. ℣ acit. c. cum secundum. de prebē. Secundum genus sunt existentes in sacris: lz si sint beneficiati: probatur per. d. c. primū. ꝛ in. c. dolentes. co. ti. ꝛ quod ibi no. Et q̄zuis ¶Pa. in d. c. i. dicat esse tutius q̄ etiaz existentes in minoribus q̄zuis non sint beneficiati teneantur: ex q̄ in partem domini sunt assumpti: tamen ego non credo nisi de bono consilio. Tertium genus est illoꝝ qui per professionem vel votum ad id faciendum se obligauerunt. c. licet. de voto.

4 ¶ Vtrum clericus beneficiatus existens in minoribus cum est absens ex causa legitima ꝛ deseruit ecclesie per vicarium teneatur ad horas canonicas. Respon. ſm ¶Panoz. in dicto. c. i. q̄ sic. ꝛ hoc est de mente Innocen. in. d. c. i. ꝛ Jo. an. ꝛ est tutius. lz abbas ꝛ quidam alij dicant q̄ non tenetur: quos credo dicere verum si nullam vtilitatem in absentia reciperet ab ecclesia: alꝫs non est vera opinio: cum non solum beneficium detur: vt seruiat ecclesie. sed etiam vt oret pro his qui beneficium constituerunt. Concoz. cum hoc Lar. in. d. cle. prima.

5 ¶ Vtrum clericus excōmunicatus teneatur ad horas. Respon. q̄ si est minoꝛi excommunicatione innodatus potest ꝛ debet dicere etiam cum aliis ſm q̄ infra dicam. Si vero est excommunicatus maioꝛi excōicatione: sic solus tenetur dicere sine. Dominus vobiscum. ꝛ etiam degradatus si est i sacris: vel si non est in sacris si tamen tenet beneficium. ℣ acit q̄ legitur ꝛ notatur in. c. legi. xvi. q. prima. in prima glo. ꝛ concoz. cōmuniter doc. in hoc.

6 ¶ Vtrum papa possit dispensare vt prefati non teneantur ad horas canonicas. Respō ſm ¶Pa. in dicto. c. primo q̄ non. quin septies in die tenentur laudare deum. Jn modo autem dicendi dispensare potest.

7 ¶ Vtrum dimittens officium ex infirmitate excusetur. Respon. secundum Innocen. in. d. c. i. q̄ sic. si est talis infirmitas in qua directe vel occasionaliter sibi obesset vel obesse timeretur si celebrationi intenderet. Dicit tamen ¶Panoz. in d. c. i. q̄ si nocumentum esset leue vt i febre quartana vel longa vel modica: non excusaretur si nō diceret.

8 ¶ Quid si ex obliuione aliquam horam dimittit. Rerspon. non credo sit mortale peccatum. debet tamen supplere quod omisit: ꝛ doleat de negligentia sua. Jnno. autem in. d. c. i. videtur sentire q̄ confessoꝛ posset ei imponere aliam penitentiam etiam si voluntarie dimisit. licet consulat vt imponat q̄ suppleat que omisit nisi quando videret non proficere. Sed hoc tene de bono consilio: ꝛ q̄ confessoꝛ possit ei imponere aliud quod sit ad laudē dei: puta. vij. psalmos ꝛ huiusmodi tenet Tho. in quol. ꝛ ¶Pe. de pal. in. iiij. di. xv. etiam si dimisit voluntarie.

¶ Vtrum non habens librum vel carens visu ꝛ huiusmodi excusetur: si non dicat horas. Respon. q̄ sic. arg. cle. fi. de vita ꝛ honesta. cleri. dū tamen suppleat per psalmos vel pater noster: ꝛ huiusmodi. 9

¶ Vtrum prefati obligati ad horas peccēt moꝛtaliter ipsas omittendo ex negligentia. ℟. Henri. de ganda. in quol. tenet q̄ peccat mortaliter omittendo: nisi rōne infirmitatis vel alterius cause legitime impediat. Riga. Vo anglicus in quol. dicit q̄ si dimittat ex negligentia: non auderez dicere q̄ mortaliter peccaret. Si Vo ex fastidio diuini cultus vel contemptu: sic mortaliter peccat Credo etiam q̄ consuetudo in huiusmodi dimissione sit mortale peccatum. Hec Riga. que opinio est humanioꝛ. 10

¶ Vtrum clericus beneficiatus non dicens officium teneatur restituere fructus quos iterum recepit ab ecclesia. ℟. Jo. cal. in. d. c. i. dicit q̄ sic: q̄ propter officium datur beneficium: vt in. c. diuersis. de cle. coniuga. Et ideo cum aliquid datur propter causam: causa non secuta repetitur. ff ꝛ. C. de cōdi. causa da. ca. non se. per totū. Do. Lar. tenet contrarium. ꝛ ¶Pa. dicit q̄ prima est nimis rigida. Sed ego credo q̄ lz sit rigida tamen est vera: ꝛ iō sequenda. Et responsio ¶Pa. ad motiua Calde. non est valida: q̄ lz dentur reditus vt viuat: vt dicit. c. diaconi sunt. xciij. di. ꝛ c. ij. de preben. non quidem tamen simpliciter: sed vt viuat ſm cultum dei. ꝛ facit pro hoc. c. clericus victum. xci. distin. arguendo a maioꝛi. ꝛ ß tenet etiam Lau. in clericis qui non implent officia sua: sed voluptatibus vacant q̄ tenentur fructus restituere. 11

¶ Quid debeat dici pro hora. ℟. Lar. in cle. i. de celebra. missa. Laudunus dicit q̄ si est constitutio vel consuetudo illa seruetur. xij. dist. nonit. quia nec hoc vel illud dicere est in precepto: cum diuersi diuersa dicant. de conse. distin. v. in die resurrectionis. Verum est q̄ clerici seculares debent dicere secundum ordinem romane ecclesie. dicto capitulo in die. vel secundum ecclesiā metropolitanam. xij. di. c. fi. nec reprobatur vsus ali- 12

cuius ecclesie antiquus fm Laudunū. vbi cleri/ci sunt ꝓtēti trib⁹ psalmis. ꝛ eccla romana vl̄ me tropolitana hoc nō seruet. Secus eēt si ꝑsuata p/sona ꝺ sibi faceret. Aduerte ēt q: dicit directoriū li. i. ti. viij. q clerici ordinati ad titulū sui primo/nij pñt dicere quodcūq; offm volūt: q: non obli/gant ad istā vel illā eccl̄am. Jn regularibus ℣o dicit seruandā eoꝝ regulā vel statutū in hoc. xij. di. c. fi. Et hoc vꝝ nisi sint priuilegiati vt clerici ꝛ religiosi q sunt cōmensales domestici alicuius cardinalis seu epi gram ꝛ cōionem sedis aposto/lice habentis q licite se eis conformare debent. vt in cle. fi. de cele. miss.

13 ¶ Quid de eo q ex dispensatiōe est bñficiatus i duabus ecclesijs. ℟. q ꝺz dicere offm fm illā in quā tenet facere residentiā: q si ad nulli⁹ residen/tiā tenet. tūc credo q ꝑ est se ꝑformare illi eccle/sie i qua se reperit officia celebrare. Si ℣o dicit ꝑ se tūc fm Tho. i quolibet vl̄ q debeat dicere fm ordinē illius ecclesie i qua ꝺz maiorē dignitatez: quouis forte alia bēat pinguē⁹ bñficium. Ad̄ cre do ꝺ bñ cē. nō ꝺ necessitate forte verū: cū possit di cere qd̄ vult. vt satis ꝑz per nō. in. c. i. ꝺ cel. miss. per Jnno. ꝛ alios doc.

14 ¶ Utrū peccet mortaliꝫ q ad libitū suū mutat of/ficiū ꝑsuetū. ℟. credo q fic i clerico ꝓbēdato ꝛ re/ligioso. Sec⁹ i alio ordinato ad suū ꝓmonium.

15 ¶ Utrū monach⁹ ꝓpositꝰ ecclesie seculari tenea/tur dicere offm monachale. ℟. q si perpetuo est assumpt⁹: ꝛ sic translatus. sic cū nihil bēat cōe cū monasterio. xvi. q. i. ne ꝓ⁹ cuiuslibet non dicet monachale: sed illi⁹ ecclesie ad quā translatus est ꝛ placet Jo. xvi. q. i. c. iij. ꝛ Hos. in sūma. ꝺ sta/mo. ꝛ Jo. i sū. co. ti. Secus eēt si nō esset trans/latus nisi ad tps. q: debet dicere monachale: ꝛ ꝺ videt sentire glo. in cle. fi. de ecle. missa. Et facit tex. ibidem in argumentum.

16 ¶ Quid si dicendo officium in choꝛo cū alijs ex aliqua necessitate intermisit psalmū vel lectionez ℟. fm Jnno. in. c. dolentes. de cele. missa. q nō tenetur illud reassumere ꝛz fit cauti⁹ reassumat. dūmō non subtrahat vocem suam ab offō choꝛi. imo plus dico q ēt si aliquid omisit ex negligen/tia sua. q non ꝺz supplere subtrahendo vocem ab officio choꝛi: sed postea suppleat si aliquid no tabile omisit. Si ℣o esset versus vel quid mi/nimū suppleat per aliquē psalmum vel pater no ster. Jdem dic fm Henri. ꝺ gan. in quolibet q si quis non ex malicia: ꝛz cū cā legitima non in/cr sit in principio officij vel finī q non oꝝ a capite re incipere vel finē perficere ꝓpter perfectionem charitatis: q̄ vnū coꝛp⁹ reputantur. ꝛ qd̄ vn⁹ di/xit extimatur alter dixisse. Et hoc vꝝ nisi choꝛus multū in principio processisset: vel multum de fi ne restaret. hec ille.

¶ Utrū teneatur quis dicere id qd̄ ſz ꝑsuetudi 17
nem choꝛi aliquis solus dicit vel associatus: quā/do dicit officium in choꝛo. ℟. q nō. fm Pet. de pal. in. iiij. di. xv. q id qd̄ dicit vnus reputaꝫ di/ci ab omnib⁹: q̄n ex aliqua rōnabili cā ita est con/suetum vt solus tale quid dicat.

¶ Utrū dicēs offm si ꝓtermittat vnā horā ex 18
obliuiōe vel quid silē. puta lectionē vel psalmū te neaꝫ itez reiterare totū. ℟. vt colligo ex doctrina Jnno. vbi. s. ꝛ sequit Laudu. q non. sed sufficit supplere qd̄ omissū ē. Nā qui dimisit unum vel psalmū primi nocturni cum aduertit: ꝛ est in iij. nocturno. nō oꝝ reincipiat disturbādo offm: vel q dixit tertiā ꝛ aduertit nō dixisse primā non oꝝ dicat iterum tertiam. Sed post offm suppleat omissum: ꝛ doleat de negligentia. Dicit Ant. de pal. vbi. s. q q notabiliter male dixit offm: si vlt cuadere mortale do recidere totū. Sed si modicū dimisit: puta psalmū vel versum vel dictionē te/netur illud repetere post offm vel aliqd loco eius dicere: si vult euadere peccatum veniale.

¶ Utrum debeat dicere pr̄ nr̄ post horas. ℟. 19
q sic. post vesperas ꝛ matutinū. de ꝑse. dis. v. c. id semp. ꝛ de ꝑsuetudine dr̄ in fine oīum horaꝝ: q: matutinū accipiť ꝓ omni offō vsq; ad nonaz: ꝛ ꝓ⁹ vespere oē aliud qd̄ restat: vt ꝑz in. d. c. id semper. ꝛ. c. conuenit. ibidem.

¶ Qua hora sunt dicende hore canonice. ℟. de 20
bent dici tempore suo. s. matutinum in nocte pri ma in ortu solis. Et sic de ceteris: nisi ex necessi/tate: vt hic. ſ. dicam.

¶ Sed nūqd i sero poterit qs dicere matutinū 21
sine pctō. ℟. vt ex ꝓdictis ꝑz: q sic. si ex rōnabili cā facit. q: fm Tho. i quos. Addelius ē si deo debi tas laudes ꝓueniēdo reddam⁹ ꝛ alia honesta offi cia postea faciam⁹ q̄z si ꝓ vnū aliud ipediaꝫ. Se/cus eēt si faceret non ex rōnabili cā: q: sic eēt pec catum. ar. c. clericus. el. i. xci. di.

¶ Utrum sit mortale petū nō dicere horis debi 22
tis sine cā rōabili. ℟. q nō. nisi qs faceret in con temptū dei vel ecclesie: cū nullū ius ꝓcipiat q di caꝫ horis debitis: nisi cle. i. de cele. miss. q̄ vl̄ ꝑce ptua ꝓ verbū sancim⁹. ſ. q offm horis debitis i cathedralib⁹ regularib⁹ ꝛ collegiatis ecclijs de uote psallaꝫ. Et iō credo q peccarent mortaliť ꝓ/lati. si i ꝓfatis ecclijs horis debitis nō facerent di cere: ꝛ ēt illi q vel sunt bñficiati i ꝓfatis ecclesijs vel suūditi ꝓlatoꝝ regulariū: cum imponiť eis a prelatis si nō dicerent. Hec accipias horam de bitam ita ad punctum: sed grosso modo ꝛ largo: sicut dicere matutinū in aurora vel q̄si censeaꝫ in

media nocte. ꝛ hmõi. alꝫ ãt a ꝑticularib⁹ ꝑsonis vel ĩ alijs eccl̃ijs a ꝑdictis nõ dicẽ bonis debitis erit ꝑcñ̃ veniale sine rõabili cã. Ex cã Vo rõnabili ẽt in predictis eccl̃esijs liceret. vtputa qꝫ processio est fienda vel predicatio ꝛ huiusmodi. Et propterea preueniunt tempus debitum.

23 ¶ Vtrũ matutinũ sit dicendũ anteq̃ꝫ missa dicatur. v. de. ỹ. missa. §. ij.

24 ¶ Vtrum idẽ sit de prima. vide ibidem.

25 ¶ Vbi debẽt dici bore canonice. ℟. q ĩ eccl̃ia vt nõ. glo. xcij. di. i. c. fi. Sed hoc intelligo q̃ ad clericos q i ipsa sunt bñficiati pp Vbũ positũ i. d. c. fi. eccl̃e deputat⁹. g̃ vr clericus bñficiat⁹ q ꝑ cet mortaliter sine rõabili cã ibi nõ dicens offm̃: qꝫ dicit ibi ter. i. d. c. fi. q q nõ ꝓuenerit depona tur a clero. ꝛ q̃ ad eccl̃as collegiatas vel regulares. clax ẽ q ẽ de ꝑcepto: vt ibi dicaꝯ. vt pz i cle. i. de cele. miſ. nõ. Inno. in. c. i. de cele. miſ. quo ad alias non credo.

26 ¶ Sed nũgd peccet totiẽs mortaliꝫ quotiẽs nõ ꝓuenit clericꝰ bñficiatꝰ vel religiosus ad choꝝ sine rõabili cã. ℟. q nõ credo. qꝫ mã nõ vr̃ ita põderosa: ꝫ qñ duceret in ꝓfectudinẽ: vel qñ offm̃ eccl̃e pateret iacturã i celebratiõe: tũc non excusarẽ a mortali. Et sic limito ꝛ itelligo. d. c. fi. ex alia qua tñ rõnabili cã ꝫ prelatis ꝛ alijs se absentare: dũmõ offm̃ dicãt eundo vel stando i domo sua. Nec ob. c. eꝑs. de ꝓse. di. iij. Nõ vr̃ innuere sufficere eꝑo. si die dñico ad eccl̃am ꝓueniat. qꝫ illõ c. nõ dat lniam absentie: sed nõ vult vt ꝓ alia cã q̃ꝫ inf. rmitatis ꝛ silis absit diebus festiuis. Et q alijs dieb⁹ debeat itereſſe facit. c. puenit ad nos. vij. q. i. ꝛ. c. eꝑus vilem. xli. diſ. ceſſante. intelige impedimento.

27 ¶ Quo ad attentionẽ seu deuotionẽ. Quer̃ vtrũ peccẽt mortaliter nõ dicẽtes offm̃ deuote ꝛ studiose. ℟. glo. in cle. i. in verbo fruct⁹. de cel. miſ. tꝫ q sufficit dicere ore: ꝫ nõ corde. Et cuꝫ ea ꝓcurrũt multi canoniſte in. c. dolentes. de cele. miſ. Alij aũt tenẽt q est de ꝑcepto vt dicaꝯ deuote ꝛ studiose per. d. c. dolentes. Vt sic ꝺuotio de notet attentionẽ: ꝛ studiositas modũ dicẽdi. Sꝫ tu dic ſm ꝗdem. de pal. in. iiij. di. xv. q attentõ ad officiũ sicut ad quodlibet bonũ op⁹ põt requiri duplex. ꝗmo vt officiũ ab intẽtiõe ꝓcedat. ꝛ isto mõ attentõ requirit ad officiũ. nõ solũ propter meritũ: sed ẽt ad euitandũ peccatũ: qꝫ nullũ opus ẽ meritoriũ nisi ex intẽtione ꝓcedat. aliꝫ non esset humanũ: eũ hõ sit hõ per rõem ꝛ voluntatẽ. Si militer ad euitandũ trãſgressiones ꝑcepti: qꝫ preceptũ daꝯ hoibus. Et iõ oꝫ q non ꝓcedat ex sola imaginatiõe q̃ cõis est nobis ꝛ brutis. Sꝫ ex deliberatiõe q̃ requirit attentionẽ. Scõo mõ vt tollat offm̃ attẽtio ꝓcomitẽs actualiꝫ. ꝛ hoc nõ regritur. nec̃i offõ nec ĩ alijs bonis oronib⁹ vel opib⁹ qꝫ ẽ ipossibilis hũane fragilitati. ℟equirit̃ tñ q ozãs sciens nõ distrabat mẽtẽ ab offõ: qꝫ ẽ nõ posset eẽ sine mortali peccato vel veniali. Illã euagatio q̃ ẽ ꝑter itentionẽ ꝛ pp ꝑcedentẽ occupatioꝫ licitã nõ est ꝑcñ̃. Secus si pp illicitã. Sed euagatio q̃ est aduertentis ꝛ solũ ſm actũ iteriozẽ: lꝫ sit temeraria ꝛ grauis forte: nõ tñ est mortale nisi pp ꝓtẽptũ: qꝫ eccl̃a nõ hꝫ iudicare de iteriozibus actib⁹ mere pp qõ miniſter eccl̃e lꝫ dicendo offm̃ aliud cogitet: nõ vr̃ trãſgreſſor ꝑcepti ex nã facti Si aũt euagatio mẽtis sit ex hoc q aliquis scienter se occupat ĩ actu exteriozi q nõ secum patit̃ attẽtionẽ: sic vr̃ eẽ mortale pcñ̃ ꝛ directe ꝟ ꝑceptuꝫ. c. dolẽtes. de cele. miſ. vbi ꝑcipit̃ vt studiose pariter ꝛ deuote dicaꝯ. hoc nõ obseruãt q occupãtes se ĩ actu exteriozi scienꝫ sibi attẽtionẽ subtrahũt. Idẽ Tho. i. iiij. di. xv. dicit q qñ aliqs mentẽ ex ꝓposito distrahit ad alia ĩ orãdo: sine culpa nõ ẽ: ꝛ ꝑcipue si ĩ alijs spõte se occupat q̃ mẽtẽ distrahũt: sicut sunt exteriora opa. Et si mens ad ꝗ̃ũ euageꝯ: erit culpa mortalis. Si aũt sine hoc q ꝑcipiamus: mens ad alia euageꝯ: vel culpa caret. vl̃ minima erit: nisi ꝑcedens cogitatio: ex qua cõtingit euagatio talis esse dicatur ĩ culpa: hec ille. Et ꝺ teneas limitando tñ dictum Thome vez quo ad oronẽ que est de ꝑcepto: sicut ẽ offm̃: ꝛ hmõi. nõ aũt quo ad oronẽ q̃ ex deuotione est ꝛ voluntate solũ. Aduerte tñ ſm Tho. xxij. q. lxxxij. ar. i. q deuotio nihil aliud esse vr̃: q̃ꝫ volũtas q̃dã promptę se tradẽdi ad ea q̃ ꝑtinent ad dei famulatum Silr attẽde ſm Tho. i. iiij. di. xv. q regrit̃ q attentio remaneat ĩ oronẽ: nõ ꝑ essentiaꝫ act⁹: nec sufficit q sit ĩ habitu solũ: sed q sit ſm virtutẽ q̃ ẽ mediũ qd iter ꝑdicta duo. Et tunc vr̃ manere ꝓ virtutẽ: qñ accedit ad oronẽ cũ itentiõe aliqd ipe trãdi vel deo debitũ obsequiũ reddẽdi: ẽt si ĩ, ꝑsecutione mens ad alia rapiaꝯ: nisi tãta sit euagatio q oio depereat vis prime itentiõis. Et iõ oꝫ q sepius hõ cor reuocet ad seipm̃. Et ex his pz qd tenendũ de ꝓfabulantibus ꝛ alias dissolutiones facientib⁹ ĩ offõ: aut ipsum dicentibus facietdo ali quod exercitium manuale: quod bene nota. Et ſm predicta intellige ꝛ limita. d. c. dolentes. ꝛ doc. ibidem.

¶ Vtrũ clericus cãtãs ĩ eccl̃esia offm̃ diuinũ vt placeat populo ꝑcet. ℟. ꝗda. i. c. vt quisquis. de vita ꝛ bone. cle. q sic grauit̃. Vnde dicit ꝗ si do. Deum moꝛib⁹ ꝗtimulat q populũ vocib⁹ mulcet. ꝺ acit quod dicitur ꝛ notaꝯ. xcij. diſ. c. i. ꝛ. ij. De quo tamen vtrum sit mortale vel veniale vl̃ nullũ. Dic vt. ỹ. placere. 28

h Ozor futureuite est filia luxurie i quantū reputat bonum eternum vt bonum arduum: q; propter delectationes venereas non appetit: immo fastidit bona eterna ac si non essent ardua ⁊ summa.

h Ospitale quod alio vocabulo dr̄ sinodochium: aliud dr̄ religiosum: aliud non religiosum. Hospitale religiosum dicitur quādo auctoritate epi / scopi edificatum est. c. ad hec. de religi. domi. ⁊ tunc pertinet ad ipsum episcopum: non vt disponat de redditibus ad libitū: sed vt ordinet vt dispensent ad vsum destinatū. ar. cle. q; contingit. de reli. do. Hospitale qđ non est religiosum est illud quod sine auctoritate epi constructū est: nec episcopus potest se de eo intromittere. sed patronus qui edificauit ad libitū disponet: vt in. c. inter dilectos. ⁊ ibi per Inno. de dona. Et q̄zuis eps exercuerit ibi vnū ius episcopale: non potest tñ per hoc alia exercere fm Fede. consi. xxv. quia de possessione vnius articuli non est inferendus ad alios articulos: vt in. c. cum contingat. de de ci. Nec obstat. c. primum. de reli. do. q; locus ō quo loqtur necessario: debebat esse subiectus alicui episcopo. ⁊ ideo presumitur pro eo qui exercuit vnum ius in eo. Simile infert Jo. an. in regula. quod alicui. lib. vi. in mercurialibus q; patronus qui exercuit ius presentandi alio non apparente presumitur patronus ex quo ius patronatus ad aliquem debet pertinere ⁊ alius nō appareat. nisi iste qui exercuit actus patroni: nō sic in casu nostro: q; hospitale necessario non est religiosum: vt patet. Limita tamen hoc verum: q; episcopus non potest se intromittere quando nō est religiosum. fm Pa. in. c. i. ⁊. c. de sinodo / chijs. de reli. do. verum nisi patronus qui ipsum hedificauit esset mortuus: q; tunc ad curam episcopi pertineret vt voluntas defuncti pia mandaretur executioni: vt videtur tex. in auten. ō ec clesi. titu. §. si quis edificatione. ⁊. §. seq. Vnde Iz talis locus non teneatur episcopo respondere: in episcopalibus tamen episcopus curam habere potest. ex quo pius locus est. Quod verum nisi testator qui ipsum hedificauit aliter expresse disposuisset: quia illud seruandum. vt in dicto. § si quis. Ex quo patet q; quilibet potest hospitale hedificare etiam cum oratorio. fm Hostien. ⁊ Pano. in dicto. c. ad hec. sine alia auctoritate. Sed in oratorio non potest celebrari sine licentia episcopi. de consecra. dist. i. c. vnicuiq;. ⁊. d. c. inter dilectos.

¶ Quis potest prefici pro rectore hospitalis. R. Pa. in. d. c. de sinodochijs q; religiosi non possunt deputari nisi talia hospitalia habeant curam animarum: vel nisi hospitale esset subiectum monastei io: ⁊ monachus deputaretur per abbatem tanq̄z obedientiarius fm Fede. consi. clv. Clerici seculares possunt esse rectores: sed non possūt habere in titulum beneficij. vt in cle. q; contingit. de reli. do. ⁊ cle. per litteras. de preben. Laici omnes possunt institui rectores: dūmodo sint viri idonei ⁊ prouidi ⁊ boni testimonij: qui sciāt velint ⁊ possint loca ipsa ⁊ iura eorū vtiliter regere: vt in cle. predicta. q; contingit.

¶ Quid debēt facere predicti rectores. Respō. 2
q; debent ad modum curatorum ⁊ tutorum: inventarium prestare ac inuentarium facere de bonis ipsorum locorum ⁊ annuatim reddere rationem ordinarijs sub quibus sunt vel ab eis deputatis. alioquin collatio: prouisio: ⁊ ordinatio talium est nulla ipso iure. vt in. d. cle. q; contingit. Verum q; non extenditur hoc ad hospitalia militarium ordinum aut aliorum religiosorū. Intelligitur tamen omnibus rectoribus sub obtestatione diuini iudicij ⁊ per obedientiam vt redditus in vsus pauperum conuertant ⁊ non in alios. rectores tamen militarium ⁊ religiosorum hospitalium sufficit prouideant fm eorum ordinū instituta ⁊ antiquas obseruantias pauperibus. qđ est limitādum: quando qđ superest exponunt p fide vel pie. als non excusantur. si male expendunt in non pios vsus: q; negari non potest: qn tales redditus sint instituti propter pios vsus.

¶ Quid de administratione sacramentorum ⁊ 3
celebratione in ipsis hospitalibus pauperibus ibidem. Respon. q; debet seruari antiqua consuetudo quo ad exercenda ⁊ ministranda spiritualia supradicta. vt in. d. cle. q; contingit.

¶ Intelligitur omnibus ad quos de iure vel cō 4
suetudine vel statuto vel priuilegio pertinet cura hospitalium q; bona deperdita alienata indebite in statum debitum reducant ⁊ reforment vt rectores iuxta facultates prouentuum insistant sustentationi ⁊ receptioni miserabilium personarum. In quo si negligentes fuerunt ordinarijs iniungitur: vt ipsi si non sunt exempta auctoritate propria. Si vero exempta sunt auctoritate apostolica compellant ad predicta faciendā per censuram ecclesiasticam compescendo tā eosdem q̄z quoscunq̄z contradictores cum dantibus auxilium consilium vel fauorem. Non obstantibus quibuscūq̄z priuilegijs quo ad hoc. d. cle. q; contingit.

h Ospitalis quomodo debet esse clericus, vide supra. Clericus. iij.

h Ostiarius dr̃ idē q̃ ianitor. naz i veteri testō. primi paralipo. v. Hostiarij electi sunt ad custodiā tēpli vt nō ingrederetur i illud imūd⁹ spūs i oi re. Hñ hostiarij dicti sunt eo q̃ pfint hostijs tēpli. Ipsi. n. tenentes claues oia intus extraq̃ custodiunt atq̃ inter bonos ⁊ malos habētes iudicium fideles recipiunt. ⁊ infideles abijciunt. xxi. di. cleros. in fi. ⁊. xxv. di. perlectis.

h Osti seruāda est fides promissa. xxiij q. i. ⁊. xxij. q. iiij. mnocēs. Nō limita. vt. j. Juramentum. v. §. xvij.

h Humilitas vera requirit tria. Primū sui ipsi⁹ ni/ hilationem. hoc est q̃ reputet se omnib⁹ viliorem. Et hz cognoscat se habere aliqua dona dei que alij non habent. tanto magis debet in se vilescere cogitans q̃ si de⁹ talia alijs dedisset gratiores deo essent q̃z ipse. Et sic cum veritate potest se existimare viliorem omnibus ⁊ magis ingratum. Et hoc est quod voluit dicere Beda in om'. sabbati tertie dominice quadragesime. Cū alium inquit peccantem conspicimus mor aīum deorsum inclinemus. ⁊ q̃z abiecti ex nostra fragilitate sumus. si nos diuina pietas non sustentet humiliter inspiciamus. hec ille. Et Joā. xiij. Cum feceritis hec omnia dicite: q̃ serui inutiles estis: quasi dicat ex consideratione humili obligationis quam habemus: q̃ cum augētur dona rationes etiam crescunt donorum. Secundum promptam aliorum obtemperationem. Unde dr̃ renun. c. nisi cum prudem. tunc veram humilitatem ostendis cum per eam locum sublimem effugies. ⁊ tamen per obedientiā non dimittes. Nā vera humilitas facit vt quisq̃z magis alijs de se credat q̃z sibi ipsi: q̃ dicit Bre. si se meliorē alijs non crederet nequaq̃z aliorum consilia sue deliberationi postponeret. Et hoc verum in omni dubio q̃ potius debet alijs credere q̃z sue opinioni. secus in alijs. Tertium q̃ requirit humilitas est: vt bona dei que in se habet abscondat: ⁊ se solum vilem ab extra demonstret: nisi in quantum honor dei ⁊ bonum proximi aliud requirit. Nam non esset humilitas quādo pro salute proximi ⁊ ad edificationem aīarum posset ostendere ⁊ predicare dona dei que habet si ea occultaret: q̃ dr̃ Matth. v. Luceat lux vestra ⁊c̄. Non tamen debet magis vilescere in apparentia q̃z i/ portet condicio sua ⁊ qualitas respectu eoz cū q̃/ bus viuit: q̃ sic potius esset superstitio q̃z humilitas. xli. di. c. quisquis rebus. in prin.

J Actantia proprie importat q̃ hō verbis se extollat sm Tho. xxij. q. cxxij. ar. i. Et patet ex. c. imitare. vi q. i. Et procedit sm Brego. in li. xxiij. moralium. Aliquando ex superbia sicut a cā interius motiua: q̃ ex hoc q̃ quis per arrogantiam interius supra se eleuatur. plerunq̃z exterius maior quedam de se iactat. Et propterea ponitur a Brego. ibidem. Tertia species superbie: hz nō sit idem quod superbia: sed est tanq̃z a cā impellente. Aliquando Jo procedit ab inani gloria. sicut a cā finali inquantum ſ. iactator intendit: q̃ per suā iactantiam gloriaz consequetur. Et ideo ponitur etiā a Bre. filia inanis glorie ratione finis. vt not. Alex. de ales. xxij. ti. eo.

¶ Utrum iactātia sit peccatū mortale. ſ. vt colligo ex Alex. ⁊ Tho. vbi. ſ. q̃ sic quadruplicit. Primi duo modi sunt inquātum considerat ex se. Secundi duo inquātū ꝯsiderat ex cā vel fine. Primo est mortale peccatum qñ iactator pfert: qđ est contra gloriā dei. sicut ille de quo Ezechi. xxviij. Elevatum est cor tuum: ⁊ dixisti deus ego sum. Tales sunt qui iactant se suis meritis habere aliqua dona dei: vel a se habere: vel illi qui de peccatis mortalibus que fecerunt vel non. iactāt se: vt strenui videāt: vel ēt laudāt alios ⁊ iactant de peccatis mortalibus que fecerunt: vt no. glo. in. d. c. imitare. Secus esset de veniali: quia nō est contra deum. Secundo est peccatum mortale qñ iactātia est ꝰ charitatem proximi: sicut cū qs iactādo se prorumpit i ꝓtumeliā proximi: sicut pharisseus. Lu. xviij. Non sum sicut ceteri velut: ⁊ hic publicanus. als autem iactare se de eo qđ nō est contra gloriā dei vel charitatē proximi ex se ē veniale. Tertio est mortale pcm̄ quādo ꝓcedit ex tali superbia vl vanagloria que sit mortale peccatum. Si Jo non erit mortale peccatum talis superbia vel vanagloria: sic nec iactantia ex eis ꝓcedens. Quomō autem superbia vel vanagloria sit mortale. vide supbia ⁊ vanagloria. Quarto est mortale qñ procedit per appetitū lucri i dānū. primi notabile. sicut cū qs se iactat magnum medicū: aduocatū peritum: multas sanctitates facere: sicut ceratani ⁊ huiusmodi: qui falsē in nocumentum proximi se iactant: secus si nō ēēt i nocumentū proximi: q̃ ēēt veniale peccatū. Intelligē ēt si sit nocumentum alicuius importātie: q̃ id quod minimum ē: rō apprehendit quasi nihil ij. phi. nisi itēderet ēt nocere in multo: si posset.

¶ Utrum iactātia possit esse in factis sicut i dictis ſ. q̃ proprie nō: sed equivalēter sic: sicut cum qs i vestibus: in equis: in domibus: i conuiuijs: i familia: in pulchritudine: ⁊ huiusmodi. vt appareat dines de magna domo ⁊ nobili prosapia: ⁊ huiusmodi. Et sic erit mortale peccatum: sicut

iactãtia in dictis: si p̃dicta que facit sint p̃ gloriaz dei ⁊ charitatẽ proximi. vel ex superbia ⁊ vana / gloria mortali vel in deceptionem proximi.

¶ Œconomus dr̃ cuiꝰ ecclesia / stica gubernanda mãdatur. vt. lxxxix. di. qz in quibusdam ⁊ idẽ est iconomus q̃ sindicus: ⁊ dz eẽ cleric⁹ nõ laicus. vt patet in. d. c. ⁊ c. indicatũ. ibidẽ. ⁊ in c. qñ. in quibusdam. xvi. q. vij. de quo dic vt. ſ. laicus. §. i. Sed aduerte q̃ est differẽtia inr ac / torem p̃curatorẽ ⁊ sindicum seu iconomum fm glo. in. c. erga epm. ij. q. vij. qz actor constituit a nõ dño ⁊ auctoritate iudicis. ⁊ ad p̃tes lites tm. ¶ Procurator vo semp a vero dño cõstituit sine ad vnã litẽ siue plures siue p̃sentes siue futu / ras. Sindicus autẽ siue iconom⁹ ab vniuersita / te ꝓstituitur ſ. u a collegio: ⁊ ad vnã cãm ⁊ plẽs ⁊ p̃tes ⁊ futuras: ⁊ auctoritate epi. d. iura. calũ. c. imperatorꝝ. i fi. Canõ tñ oẽs administratores eccle: vocat, procuratores. i. q. iij. saluator. vide gl. ibidem. ⁊ in. d. c. imperatorꝝ. cum suis allegatio nibus. Tenet tamẽ ¶pa. in. d. c. imperatorꝝ. q̃ si ad vnã certã cãm soluz constituit q̃ põt fieri si ne auctoritate superioris. als non.

¶ Dulia est quedã reuerẽtia siue ado ratio. de qua. s. Adoratio. per totum.

¶ Œiunium fm. S. Bo. in. iiij. di. xv. parte fa. ar. i. q. iiij. dr̃ cõmunissime, p abstinẽtia ab oi mortali. Isa. lviij. Nõne hoc est iciuniũ qd̃ elegi. dissolue colligationes colli tui. dr̃ ẽt cõmunit omnis afflictio que consistit i vigilijs flagellis et disciplinis. ¶Proprie aũt dr̃ iciuniũ afflictio carnis per subtractionẽ cibi ⁊ pot⁹ facta fm institu / tionẽ eccle. Et sic diffinit iciuniũ fm Boffre. ẽ subtractio prãdij: ⁊ post cenã cuiuslibet cibi pri / uatio vsqz in diẽ sequẽtẽ. ⁊ abstinẽtia a carnibus ⁊ trahentibus sementinã originem ab ipsis. vt a lacte a caseo ⁊ ouis. Elicit hec diffinitio. iiij. dis. c. deniqz. Et ponitur a ¶pa. in Rubrica. de ob seruatione iciuniorum. ¶Pro cuius declaratione queruntur dubia infrascripta.

1 ¶ Vtrũ sit aliqua hora determinata i q̃ i diebus iciuniorꝝ sit comedẽdum. vt q̃ sit cena. ibi post cenã: ergo vsqz ad cenã est abstinẽdũ. Sz breui ter notãdum ẽ q̃ in iure nulla hora est determi / nata p̃ comestione in die iciunij: nisi soluz hora vesperorꝝ tpe q̃dragesimali. vt i. c. solẽt. de ꝓse. di. i. que iõ deputata ẽ vt sicut celebratis vesperis nõ restat aliud officiũ diurnũ: sic fictone iuris vi deamur. xl. dies iciunare. de quo p Archi. i. d. c. solẽt. ⁊ p ¶pa. in Rica. de obser. iciu. Et ideo seruanda est consuetudo circa horam comestiõis que cõiter est in hora none vel circa fm Archid. in. d. c. solent.

¶ Sed nũqd frãgit iciuniũ qui añ prefatã horã 2
mãducat. R. videtur q̃ sic in. xl. per tex. in. d. c. solẽt. qõ dicit q̃ nõ sunt credẽdi iciunare q añqz vespertinũ celebretur officium manducãt in. xl. Sed non credo ẽt in. xl. frãgat iciuniũ qui añ sta tutã horam comedit ẽt si p̃ notabile spaciũ ꝓueni at nisi faceret in fraudẽ iciunij: qz si quis attẽdat ad Vba p̃fati. c. solent. potius loquitur de perfe / ctione q̃z de necessitate. Et ltz glo. in. xxv. dist. §. als ea demum teneat q̃ sit peccatum mortale an / te horã comedere. Tñ. c. i. de ꝓse. di. iiij. qõ alle gat p̃ sua opinioẽ nihil facit pro ea. Addelius for te faceret, p ea. c. vtinã. omni tpe. lxxvi. di. qõ in nuit consuetudinẽ p̃rie estimãdã legẽ: qõ quidez admitterẽ qñ talis ꝓsuetudo esset introducta ca mente vt frangeret iciunium q añ predictaz ho / ram comederet: qõ quidẽ nõ credo nisi vt dixi qñ in fraudẽ iciunij fieret. Et iõ cõcludo cũ Aug. i d. §. als ea demum: qõ quotiẽs quis corpore san⁹ alijs iciunãtib⁹ prãdere voluerit. ſ. ante horã qõ est peccatũ veniale. Et sic tene. Si Vo ex cã ro / abili nullum peccatum erit qõ quidẽ tz ẽt Inno. i p̃fata Rica. Et sic dicit debere intelligi. d. c. solẽt Aduerte tñ fm doctrinã sancti Tho. in. iiij. dis. xv. q̃ vbi hora comedendi in die qñ non iciunat esset hora tertie. In die iciunij hora comedendi ẽt sexta. Vnde dicit q̃ qz iciuniũ ecclesie dz esse penale ⁊ satisfactorium. Iõ supra tps cõiter co / medẽdi aliquid additur nõ aũt tñ q̃ penitus hu mor cibi assumpti exsiccetur aut virt⁹ naturalis de bilitetur: vñ paruo residuo tpe. ſ. a sexta vbi cõi / ter sumit cib⁹ nona occurrit i qua cibus fm insti tutionẽ ecclesie sumendus est in diebus iciunij. hec ille. Ex quo patet q̃ si esset tertia veniret. vi. Quod bene not.

¶ Vtrũ plus q̃z semel comedẽ sit frangere iciu 3
nium. R. q̃ varia fuit doc. opi. Bof. ⁊ cõmuniter theologi in. iiij. sen. tenẽt q̃ sic. si comedat p̃ mo dum cibi. Et iõ indiffinitiue dr̃ cuiuslibet cibi p̃ / uatio. Secus fm eos si aliquid sumeret p̃ modũ medicine: sicut sunt electuaria ⁊ hmõi. Et hz In no. in Rica. de obserua. iciu. solũ licẽt pro remo uenda infirmitate vel fugienda. Sed pro conser uanda sanitate: vbi non ẽ signum infirmitatis: nõ licet nisi quatenus licet vti alijs cibis. Alij te nẽt q̃ nullo iure cauet q̃ solũ semel in die iciunij comedamus. Et ꝓterea dicunt licere pluries i die comedere sine fractione iciunij: dũmõ fiat ex rõnabili cã: ⁊ fm ꝓsuetudinẽ illoꝝ inter quos vi uit. Et huius opinionis vr̃ fuisse ¶pa. in p̃fata

rubrica. ¶Ratio fm cū: qz cum nō habeamus ins specificū recurrendū ē ad ꝓsuetudinē loci. ff acit c. vtinā. lxxvi. di. Et ad dictū Io. in. c. ij. co. ti. qui dicit q ꝓsuetudo in ieiunijs indictis ab eccle sia nihil potest facere. Dicit verū qñ ꝓsuetudo ex toto aufert ieiuniū. ⁊ nō habet rationabilē cau sam in se. sed fuit indicta vt homines se vētri de dicēt ꝓpter temporalia gaudia: alꝫ secus vt no. glo. in. d. c. ij. Et ꝓptērea dicit idem ¶Sa. puta rem tamen q aliquid comedere, ꝓ collatiōe de se ro magis ad sustentationem nature qz ad delitias nō sit peccatū nec frangere ieiuniū: dūmodo fiat fm cōsuetudinem loci ⁊ temperate. hec ille. ff a/ cit, ꝓ hoc qō no. Inno. in. d. rubrica q prādere pluries in die ieiunij ē cōtra ꝓsuetudinem appro bataꝫ ecclesie. ⁊ sic videt sentire q nō sit de iure specifico. Item Inno. dicit ibidem q cisterciēn ses fecerūt statutū vt seruientes alijs aliquid su/ māt in die ieiunij ⁊ licite. Item q seruientes do minis qui faciūt credentiā nō frangūt ieiunium. Alibi vero videtur q opinio que tenet q soluz semel debeamus comedere sit verior. si nō ver/ ba. sed mentem legis volumus amplecti in. c. q dragesima. de ꝓse. di. v. Et ideo cōcludo q co/ medens plus qz semel in die aliquid coꝫ que cō/ muniter in cibū solent sumi: vt panem fructus ⁊ herbas: quia etiā sancti. herbis vsi sūt, ꝓ cibo frā gat ieiuniū nisi comestio ordinet potius ad medi cinā q; ad cibū respectu intentiōis comedentis ⁊ ꝑncipaliter ex modo ⁊ quātitate sumptū ad id or dinet. licet ꝓsequenter aliqualiter nutriat. vtpu/ ta quia indigens potu ⁊ timens ne dilauet stoma chū ⁊ noccat aliquid sumit siue sit electuariū siue etiā panis vel fructus ⁊ hmōi. ꝓ cuitando nocu mento potus nō ad sustentationez q nō frangat ieiuniū. nec restringo me solū ad ele. tuaria vt q/ dā. sed vt dixi ad panem fructus ⁊ quodcūqz ali ud qō sumitur per modū medicine. ar. c. ad eius v. di. Et hoc etiā videt tenere ¶Sc. de pal. in ḡr to. Cōuenientius tamen ē a pane abstinere cum sit ꝑncipalioꝫ cibus in vsu. nisi sit alteratus. ⁊ ni si sit carentia alterius rei. Nec obstat q talia nu/ triāt. quia fm Tho. in quarto. di. xv. ecclesia nō attēdit in statuēdo id qō quocūqz mō nutrire po test. sed id qō ꝑncipaliter ad nutriēdū ordinatuz ē. h ille. Et sic tene. qz finis legis nō frustrat ex hmōi sūptiōe.

4 ¶Vtrū pluries bibere vinū vel aquā frāgat ie iuniū. ff. Inno. in ꝑdicta rubrica q nō. sine an te pastū siue post. ¶Posset tn fm Ric. in. iiij. di. xv. ar. iij. q. vij. frāgere ieiuniū: qñ vz qs in ma ne bibere vinū vel ceruisiā nō ad extinguendū si tim sed famē. Simūliter etiā nō frāgit ieiuniū q eti am ante pastū comedit ficus aut polentā aut ali/ qd hmōi ꝑ modū medicine ne deficiat in die ieiu nij fm ¶Sc. de pal. in. iiij.

¶Quibus cibis frāgit ieiuniū. ff. fm Ricar. 5
vbi. s. q ꝑ esū carniū. ⁊ sic transcūt cōmuniter doc. in ꝑfata. ff. Archi. in. c. rogatiōes. de ꝓse. di. iij. ff acit. d. c. deniqz. ⁊. c. ꝓsilium. co. ti. De ouis Vo ⁊ caseo ⁊ alijs lacticinijs. Bef. i ꝑfata diffinitiōe videt tenere q similiter frāgāt. Inn. in ꝑfata rubrica dicit q potest statui vt ꝓpter pe/ nuriā pisciū vtamur istis lacticinijs in alijs ieiu nijs ꝑter quadragesimam. Tu dic q cū nō habe mus ter. exꝑssū qui ouа ⁊ lacticinia ꝓhibeat nisi solū in. xl. vt in. d. c. deniqz. q ꝓsuetudo seruan da ē in alijs ieiunijs extra quadragesimam. fm Ricar. vbi. s. q. v. ⁊ ¶Sa. in. d. rubrica. ff acit. d. c. vtinā. ⁊ ē cōmunis opinio. Et ideo possunt comedi vbi ꝓsuetudo ē in omnibus ieiunijs ꝑ ter quadragesime ieiunia. alꝫ nō lz. Nō tamē di cerem frāgere ieiuniū q etiā comederet ouа ⁊ la/ cticinia extra quadragesimā vbi ꝓsuetudo nō est qñ nō ꝑ gulositatem. sed ex aliqua rōnabili cā fa ceret. Nota etiā fm Io. in sū. co. ti. q quicūqz ꝓceditur vsus ouoꝝ ⁊ casei intelligitur ꝓcessū q etiā potest vti sanguine. i. lardo. ar. c. presbyter. lxxxij. di. ⁊ ibi glo.

¶Vtrū ieiuniū cadat sub ꝑcepto. ff. fm Ric. 6
in. iiij. di. xv. ar. iij. q. ij. iij. ⁊. iiij. quia ieiuniuz aliquando accipit largissime, put ē actus nature ⁊ sic quilibet ieiunat antequ comedat. ⁊ isto mo/ do nec ē actus virtutis. nec de ꝑcepto. Secūdo mō accipit large, put ē actus virtutis abstinētie. s. frenare delectatiōes gustus per ꝓparationem ad cibū fm regulaz rōnis: siue semel comedat in die siue pluries. Et sic cadit generaliter omnib⁹ sub ꝑcepto. Nō intelligas tn q semper mortalit peccet quādo excedit. sed solū qñ rō virtutis tota liter extinguit. Et hoc ē in casibus quando gula ē mortalis. de quo vide. s. gula. Tertio mō acci pitur, ꝓprie, put abstinemus etiā ab illis quibus vti possemus saluo actu virtutis. Et sic accipit i diffinitiōe ꝑmissa ⁊ omnibus superioribus ⁊ fm cōmunem intelligentiā vocabuli. ⁊ isto mō cadit sub ꝑcepto in duobus casibus. s. qñ ex iuramēto gs vl ex voto se obligauit. Secūdo qñ ex ꝑcepto ei indicit ab ecclesia vel ab alio prelato. ff acit. d. c. vtinā. de ꝓse. di. v. c. ieiunia.

¶Sed quero qñ ⁊ quibus diebus ieiuniū indi 7
cit ab ecclesia. ff. q in ifrascriptis tēporib⁹. ¶Pri mo quadragesima tota exceptis diebus dñicis. vt in. c. quadragesima. de ꝓse. di. v. vbi dicit q sūma obseruatiōe ē obseruāda. ⁊ incipit in quar/ ta feria que ꝑcedit ꝑmā dominicā quadragesime

quo ad seculares. vt i. d. c. quadragesima. Quo autem ad clericos incipit secūda tertia post domi nicā quadragesime. vt in. c. deniq3. iiij. di. Sed cōmuniter tenetur q̄ est ꝓfilium nō ꝓceptum: sed solum in quarta feria p̄dicta. Secūda quattu or tempora. vt i. c. statuimus. di. lxxvi. statuim⁹ inquit vt quattuor tempora anni ab omnib⁹ ho minibus cum ieiunio obseruētur. ¶Prima tem pora cadunt in quadragesima. s. quarta feria. ⁊ vi. ⁊ sabbato post p̄mā dn̄icā quadragesime. Se cūda cadunt. iiij. ⁊. vi. feria ⁊ sabbato post pent. Tertia cadūt. iiij. ⁊. vi. feria ⁊ sabbato post exal tationē sancte crucis. Vltima cadūt. iiij. ⁊. vi. fe ria ⁊ sabbato post festum sancte Lucie. vt patet i c. de ieiunio. lxxvi. di. ⁊ p totum. Tertio omnes vigilie duodecim apl̄oꝝ sunt in obseruatiōe ieiu nij celebrāde p̄ter vigilias apl̄orum ¶Philipi ⁊ Jacobi ⁊ beati Johānis euāgeliste. vt dicit tex. in. c. ꝓfilium nostrum. eo. ti. ⁊ sunt hec. s. vigilia sancti Matthie ¶Petri ⁊ ¶Pauli. Jacobi. Bar tholomei. Matthei. Symonis ⁊ iude. Andree ⁊ Thome. Quarto vigilia sumptiōis dn̄e. vt in c. i. eo. ti. Quinto vigilia natiuitatis dn̄i nostri. in. d. c. i. Sexto vigilia omnium sanctoꝝ ⁊ san cti Johānis baptiste ⁊ sancti Laurentij ſm Jn no. vbi. s. ⁊ cōmuniter doc. Nullo tñ iure inue nitur exp̄ssum: sed rōne ꝓsuetudinis hoc dicunt. quia vt dicit Ricar. in. iiij. di. xv. ar. iij. q. viij. si in aliqua regiōe ē aliquod ieiunium ꝓsuetum q̄ tñ nō ē p̄ceptum per ius scriptum nihilominꝰ ob seruādum ē ab cristentibus ibidem. Facit. p hoc c. ꝓsuetudo. di. i. ⁊. c. ecclesiasticarum. ⁊. c. i his rebus. xi. di. Sed dico ego verum q̄n ꝓsuetudo habet omnia requisite de quibus. s. cōsuetudo. Septimo vigilia pentecostes. vt. lxxvi. di. c. de ieiunio. Et licet Gratianus teneat q̄ sit de ꝓfilio in. §. necessario. ea. di. Tñ verius videt q̄ sit de p̄cepto ſm glo. Jo. ibidē in. d. §. Et patet etiā ter in. d. c. de ieiunio.

8 ¶ Quid si vigilia aliquarū p̄fatarū solēnitatꝫ veniat in dn̄ica. R. q̄ in sabbato p̄cedēti ieiunā/ da ē. vt in. c. i. ⁊. ij. de obseruā. ieiu.

9 ¶ Nñ dz celebrari vigilia Sācti Matthie tpe bi sexti. vide. s. bisextus.

10 ¶ Sunt ⁊ alie vigilie seu ieiunia indicta ab ec/ clesia sed nō de p̄cepto. vt cōmuniter tenet. s. ad uentus dn̄i. De quo in. d. c. ꝓfilū ⁊ rogatiōes. de quibus in. c. rogatiōes. d. ꝓsc. di. iij. Jtē. iiij. ⁊. vi. feria. vt in. c. ieiunia. ea. di. ⁊ sabbata oia. vt in. c. sabbato. ea. di.

11 ¶ Vtrum ieiunia indicta de p̄cepto ab ecclesia possint trāsferri de die in diem. R. ſm Jnno. in p̄fata rubrica q̄ sic sicut dicitur fieri in frācia vbi sūt ecclesie sancti Quintini. vbi vigilia omnium sanctorum ieiunat tertio die p̄cedenti. Limitat b ¶Pa. in. d. rubrica dūmō fiat auctoritate epi. ar. c. ij. de obser. ieiu. in fi. ⁊ bene.

¶ Vtrū p̄fata ieiunia de p̄cepto ab ecclesia pos 12
sint redumj vel in aliud cōmutari. R. Jnno. vbi s. q̄ nō nisi cā vel necessitas in ieiunante subsit. Dō intelligo ab inferiore a papa. Secus ē de ie iunio voti vel penitentie. De quo. s. ꝓfessio. vi. §. iiij. ⁊. j. votū. iiij. §. ij.

¶ Vtrū omnes teneātur ad ieiunia indicta ab 13
ecclesia de p̄cepto. R. Jnno. vbi. s. q̄ sic omnes qui sūt sane mentis dōli capaces ⁊ potentes ad ie iunādū cum peccare possint ⁊ peccata deflere. vt in. c. i. de relic. pue.

¶ Vtrum semꝑ peccent mortaliter p̄fati qñ sol 14
uunt ieiunia ecclesie que sunt de p̄cepto. R. glo. i §. al's aūt ea demū. xxv. di. ⁊ cōmuniter doc. te/ nēt q̄ sic. si sine rōnabili cā qs ea soluat. Domi/ nus Car. in. c. ij. de obser. ieiu. tenet q̄ nō. nisi ex ptēptu vel inobediētia hoc faciat. vtpnta q3 ñ vult se subijcere p̄cepto supioris. Et dicit hoc te/ nere Archi. in. d. §. alias. Sed Archi. ibidē re/ citat Jo. de fant. hoc tenentē. Sed ego distiguo ſm q̄. j. dicā inobediētia. in. p̄n.

¶ Que sunt rōnabiles cause excusantes a ieiu/ 15
nio. R. vt colligo ex Ric. vbi. s. ar. iij. q. iiij. cū quo ꝓcurrunt cōmuniter doct. q̄ sūt. v. ¶Prima etas vt sunt pueri qui ſm aliquos vsq3 ad puber tatē excusantur a ieiunio. ar. c. ex lr̄is. de spo. im pu. vel ſm alios vsq3 ad plenā pubertatez q̄ ē in xvij. in muliere. ⁊ in. xviij. anno i masculo. Aut ſm alios vsq3 ud. xxv. annū. ar. l. si qs aliq. C. d̄ bis q ve. eta. ipe. Host. in. c. iij. de obser. ieiu. ⁊ cōiter theologi tenēt q̄ vsq3 ad vigesimū alij vi/ gesimumpmū annū excusant. ar. c. cū vicesimū. de off. dele. Jntellige q̄ nō tenent ad oia ieiun a sed bene ad aliqua eis ꝓmēsurāda ſm augmētū ⁊ ꝓpinquitatē ad dictū vigesimumpmū annum ſm Tho. in. iiij. di. xv. ¶Propterea dico b remit tendū arbitrio boni viri vt pēsata qualitate etat̄ ita iudicet. ar. c. de causis. de offi. dele. Et idē di co de senibus: lz qdā dicāt eos nō teneri post an nos. lv. ar. l. ij. §. fi. ff. de decurio. in ter. ⁊ in gl. ibidē. vbi excusant a muneribus ꝑsonalib⁹ post lv. annū. excepto a tutela. ⁊ cura. a qbus solū ex/ cusant post. lxx. annū. C. qui eta. l. vnica. Secū/ da cā ē infirmitas: q3 in eis natura debilis ē ⁊ ci bū necessariū in vna vice si sumerēt nocerēt. Et idē dico de debilibus eadē rōne. Tertia labozio sitas. sicut i illis qui laborādo victū acquirūt: seu rōne itineris vel alio mō nō p̄sit simul cuz labore sufferre ieiunū. Aduertendū q̄ ītētio maioris lu/

cri nō excusat fm Astē. Sil'r non excusant q no lūt ꝓducere oparios nisi iciuniū soluāt nisi cā sit necessaria fm Astē. q festinātiā regrit. Quarta mēdicitas qñ cibū necessariū in vna vice hre nō pñt. Quita q̄litas mulieris p̄ gnātis aut nutrientis ex appetitu eñco: aut nutrimēto fet⁹ nō pñt iciunare sine piculo vel eax vel fet⁹ seu pueri: nō solū excusant: imo tenent soluere iciuniū fm Ro. vñ dicit. s. Tho. in. iij. di. xv. q. subtractō cibi p iciuniū si ipediret ea q̄ necessarie sūt agēda cū quibus ꝓuinit ex socicrate vel officio tenetur: nō essz licita sed diceretur rapina.

16 ¶ Sed nūqd seruientes mēsis nobiliū aut legentes ad mēsam religiosoz q aliqd plibāt ne deficiant ī legēdo vel fuiēdo soluūt iciuniū. ſ. Rod. q nō si hoc faciūt positis mēsis vel paxillis ita q pp ꝓtinuationē tpis dici debeat totū vna mensa Idē dicēdū de illis q iā incepto prādio portāt enceniū ad vicinū. vel aliqd aliud faciūt: t postea redeūt ad comestionē pficiēdā.

17 Utz vrores pp̄ ꝓhibitiōez virox excusent. ſ. fz Inn. i rubrica d obſ. ie. q si a iciunijs idictis ab eccl'ia: fz a volūtarijs sic. xxxiij. q. vlt. manifestū. Credo tñ q pſbyt ꝓpri⁹ pp̄ scādalū viri cui aliquo mō nō pōt obuiari posset dispēsare cū eis ar. c. vt ꝓstituere. i fi. l. di. q. ꝑceptū iuris positiui nō obligat quē cū scādalo. ar. c. ij. de no. op. nū. t. c. nihil. de pscrip. cū similibus.

16 ¶ Vtrum legatum factuꝫ episcopo presumetur factuꝫ contemplatione ecclesie. R. ℣da. in. c. requisisti. de testa. q̄ in dubio ad coniecturas est recurrendum. vt si est factum ei a persona coniuncta non presumatur: q̄uis dixerit relinquo h̄ episcopo. Similiter si diceret relinquo domino Johanni non expresso episcopo. ⁊ sic erit suum. ⁊ succedunt propinqui ab intestato. c. quia nos. de testa. Si vero ab extraneo legetur sic presumitur factum contemplatione ecclesie. Idez dic per omnia de quocunq̄ habente administrationem seu prelationem in ecclesia. Et nō. q̄ extraneus hic accipitur qui non est ei coniunctus in quarto gradu affinitatis vel cōsanguinitatis. vt est tex. in aut. licentiam. C. de episco. ⁊ cle. ⁊ in aut. de eccles. titu. §. interdicimus. Idem glo. xij. q. iij. c. i. ⁊ est communis opi. q̄uis aliq aliter teneant vt. s. Clericus. xiij. §. v.

17 ¶ Cuius contemplatione presumetur legatum factum non habenti administrationem in ecclesia qui tamen est ecclesiasticus. R. ℣da. in. d. c. requisisti. q̄ in dubio presumetur factum intuitu persone si talis potest habere proprium. Si vero non potest habere propriuꝫ puta quia religiosus. sic presumitur factuꝫ intuitu monasterij seu ecclesie. facit. l. deo nobis. C. de episco. ⁊ cleri. c. vnico. xviij. q. i. Et sic quando factum est intuitu ecclesie non poterit disponere nisi sicut de alijs rebus ecclesie quod nō.

¶ Vtrum legatuꝫ factuꝫ filiofamilias in dubio; presumatur factum intuitu patris. R. ℣da. in. c. Raynutius. de testa. Bar. in. l. cuꝫ aliquis. C. de iure delibe. dicit q̄ si fit per ista verba: lego filio Martini: non intelligitur contemplatione patris maxime si exprimatur nomen filij: puta titio filio Martini: ⁊ nominatio patris intelligitur facta causa demonstrationis. Nec ob. d. l. cum aliquis: quia loquitur in seruo quia exprimitur qualitas que si esset vera de iure acquireretur domino legatum: ⁊ sic videtur contemplatione domini factum. sed secus in filios: quia filiatio non facit relictum acquiri patri: quia posset esse emancipatus. ⁊ maxime hodie cum in aduenticijs acquiratur filijs proprietas: sed si fierꝫ de patre mētio. ⁊ de patria potestate. idem esset sicut de seruo sed de hoc dubitat ℣da. quia filiationis qualitas non impedit proprietatem acquiri filio. ⁊ ideo videtur q̄ solum vsusfructus acquiratur patri.

¶ Vtrum legatum factum canonicis omnibus i; talis ecclesie etiam si exprimantur nomina presumatur ecclesie contemplatione factum. R. dominus ℣detrus vbi. s. q̄ sic per. l. ciuibus. ff. de reb. dub. vbi dicit ter. ciuibus ciuitatis legatum vel fideicommissum datum ciuitati relictuꝫ videtur. quod verum est secundum glo. nisi sit datum vt singulis. quia non acquiritur ciuitati. sed ipsis ciuibus. ℣ acit. l. annua. §. a titia. ff. de annuis lega. secus si vni non habenti administrationem vel prelationem qui est simplex canonicus. quia sibi acquiretur non ecclesie vt dixi. ⁊ hoc verum nisi probaretur q̄ intuitu ecclesie legatum fuit. vel nisi legatarius fraudem adhibuit. d. c. requisisti. in fi. ℣ acit. l. nonnunq̄ꝫ. ff. ad treb.

¶ Vtrum cum legatarius non potest vti legato 20 nisi respectu ecclesie. puta legat quis iter per fundum suum clerico quo vadat ad ecclesiam intelligat contemplatione ecclesie in dubio. R. ℣de. vbi. s. q̄ sic. ⁊ sic acquiritur ecclesie. ⁊ ita intelligitur quod nō. glo. in. l. non plures. C. de sac. sanc. eccle. ne legatum sit inutile. vide quod nō. doc. in. l. i. C. de sa. san. ec.

¶ Quid si qs leget sic: lego ℣detro ⁊ filijs eiꝰ 21 possessionē vl aliud. R. q̄ ℣detrꝰ hēbit medietatē. ⁊ filij eiꝰ aliā medietatē p̄sequēter. ff. d̄ vsufr. accre. l. si qs titio. ⁊ d̄ testa. c. Raynaldꝰ. in glo. vñ nō refert i hoc cāu siue leget titio ⁊ meuio vl titio cum meuio. vt in dicta. l. si quis titio. quod nō.

¶ Quid potest legari. R. q̄ res testatoris ⁊ 22 res heredis nec refert an sciuerit vel igno-

rauerit esse suaz vel heredis. vt insti. de lega. §. si quis rem suam.

23 ¶ Sed nunquid res aliena a testatore possit legari. ff. q. sic. si sciebat testator esse alienam: & heres tenetur eam emere & prestare. vel extimationem soluere si talis sit que extimari possit. vt insti. de le. §. non solum. & §. quod autem. cum tali distinctione q aut res que legatur erat testatori pignorata. & sic in ea hz ius soluz: & tunc non presumitur nisi legatuz illud ius esse quod in eo habebat. & sic nó dabitur extimatio. vt in. l. serui electione. ff. de le. i. Aut res legata erat res testatori cõis simul et alteri. & sic intelligiẽ soluz legasse p tem suã: nisi dirisset totã talem rem: q sic extimatio debeẽ. vt nõ. Bar. in. l. cuz alienaz. C. de lega. Aut res oio est aliena & tunc si ẽ heredis debetur res oio. tex. est in. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de le. ij. Si vo nõ est heredis sz alterius & si scienter legauit debetur extimatio. d. l. cum alienam: dũmodo sit talis cuius cõmertium haberi possit: alias esset iutile legatũ. puta si legatur res sacra vel principis. l. apud iulianũ. ff. de leg. i. Si vo legatur ignoranter & coniuncte psone cui alias fuisset relicturus si sciuisset esse ẽt alienã debetur extimatio. d. l. cũ alienaz. & Bal. in. l. i. C. de sa. san. eccle. tenet ecclesiã esse coniũctaz psonaz cũ sit mr oium fideliuz. xij. q. ij. qui abstulerit. Sed Pa. in. c. filius noster de testa. nõ tenet q ecclesia hic habeaẽ pro coniũcta psona: sz solum coniũctus ex sanguine vt in. c. nõnulli. de rescrip. & quod debeaẽ coniũcte persone itelligiẽ qñ errat gnãliter. sed qñ errat ex cã specifica. puta q credebat suaz ex emptione facta a pupillo que nó valebat. tũc vitiatur legatũ in totũ ẽt factum coniuncte persone. vt nõ. in. d. l. cum alienam.

24 ¶ Sed nũquid qõ predictũ est in qõne precedẽti habebit locũ in foro canonico & aie. ff. pa. in. c. filius. de testa. dicit q cõis opinio tenet q sic. sed ipse credit q nõ habeat locũ in conscia. rõ q i. d. c. filius noster dr q lege dei viuimus nõ legibus vr annuere hoc esse contra legẽ dei. & ideo null9 subiect9 obic iuris canonici poterit hanc dispõez legis obseruare & etiã in repetitione. c. cuz esses. de testa. ita tenet rõ. q dispositio quelibet dz attẽdi sm rõem certaz. c. intelligentia. de ver. signi. & ideo pz per dictũ. c. filius. q ẽ dria in hoc inter ius ciuile & canonicũ. & q dispõ. c. filius astringit omnes quos astringit ius canonicũ. Ego admitterẽ dictũ suum quando heres nimis grauaretur q sic non videretur fuisse de mente defuncti sz est error deceptum: sed quando constaret de mẽte defuncti. puta q sciebat dispõnem iuris ciuilis sic credo etiam in conscientia habeat locum: quia perinde est ac si legasset rez illam si emi posset uel saltem extimationem.

¶ Vtrum legata domo debeatur ort9. ff. pa. in c. Raynutius. de testa. q si ortus coheret domui sic debetur. ff. si serui. ven. l. testatrix. & ff. de act. emp. & vendi. l. si creditor. in fi. quod limito vex quando eadem ianua claudit domũ & ortum: secus si sic non coheret quia non debetur. Et sic intellige glo. in. c. fi. xij. q. ij. & pa. vbi. s. in. d. c. filius. 25

¶ Vtrum legatis aliquibus rebus. & postea vẽditis per testatorem teneatur heres. ff. q sic nisi vendendo testator habuerit aium adimendi legatum. insti. de lega. §. si rem suam. & in dubio probabit heres saltem per quattuor testes voluntatẽ defuncti mutataz. vt in glo. d. §. si rem suaz. Idẽ dic si rem legatam pignori tradidit q nisi habuerit aium adimendi legatum tenetur heres eaz luere. & legatario tradere. vt insti. de le. §. sed & si rẽ in tex. & in glo. In conscientia credo verũ quando testator in morte noluit mutare testamentum secus si morte preuentus non potuit in vltimo aliquid disponere: q tunc presumerez q animo adimendi legatum alienauerit. 26

¶ Vtrum legatum quo mihi liceat cedere lapides in solo testatoris transeat ad meos heredes ff. q non. tex. est in. l. apud iulianum. §. si quis. ff. de leg. i. rõ sm glo. quia est ius personale. 27

¶ Vtrũ possit legari quod nũdum est in rerum natura. ff. q sic: dũmodo sit futurum: vt fructus futuri in tali fundo: aut quod nascetur ex ancilla & huiusmodi. insti. de leg. §. ca quoq; res. 28

¶ Vtrum iura act. & seruitutes & huiusmodi incorporalia possint legari. ff. q sic: nisi vinens testator debitum exegerit vel remiserit & in dubio psumitur legatum voluisse adimere exigẽdo vel remittendo. insti. de lega. §. cum autem. in tex. & in glo. 29

¶ Vtruz debitori possit sua liberatio legari. ff. q sic. insti. de lega. §. si quis debitori: nisi testator viuus exegerit. insti. ibidem. §. cãm. 30

¶ Sed quero an in dubio presumetur legatum factum creditori fuisse factum animo recompensandi. ff. Bar. in. l. si cum dotem. §. si pater. ff. so. ma. & cõiter moderni in. c. officij. de testamẽtis distinguunt q aut relictum sit per debitorem necessarium qui er necessitate iuris tenetur ad debitum: & sic presumitur animo recompensandi factum: vt in. d. §. si pater. vbi dicitur q si pater q tenebatur dotem dare filie sue legat eidem aliqd in testamento q illa non poterit petere legatum & dotem: quia videtur legasse animo compensandi cum dote debita. Aut legatum fit per debitorẽ 31

voluntarium. puta q; ex sua voluntate obligauit se ad debitum: ⁊ sic in dubio non presumitur factum animo recompensandi: nisi sit expressum vt probatur in. l. vnica. §. sciendum. C. de rei vx. ac. vbi habetur q; maritus qui tenetur restituere dotem vxori post mortem legauit aliquid simpliciter vxori potest vxor vtrunq; petere. Similiter dic de legato facto cuicunq; creditori a debitore. ad hoc. C. de bere. instit. l. si compensandi. ff. de lega. i. l. lucius. in prin. ⁊ ff. de lega. ij. l. vlti. §. penulti.

32 ¶ Vtrum per suggestionez: sollicitudinem. vel importunitatem faciens adimere legatum factuz alicui: ⁊ faciens sibi relinqui teneatur. ℟. dominus Bertho. cepola i suis cautelis q; tenetur actione de dolo vel in factum subsidiaria ei cui adēptum est: vel cui non est relictum ex sollicitudine eius. ff. de doli excep. l. i. nō. Ang. in. l. fin. C. si quis aliquem testa. prohi. ℣ acit. l. i. ⁊ ibi nō. C. de pe. bo. subla. li. io. Sed melius dic vt. ℣. Restitutio primo in verbo impediens.

33 ¶ Quid valet vxori legatum quo legatur ei dos sua. ℟. q; valet quia plenior est actio ex legato q̄z ex dote. instit. de lega. §. sed si vxori. quia sicut dicit ibi glo. legatum statim debetur. dos vero si cō sistat in mobilibus debetur post annum solum. Item valet quia non habebit prebare dotem talis quantitatis si exprimatur. alias sic. C. de fal. can. l. iij.

34 ¶ Quero quid debeatur quando legatum fit in genere. ℟. q; si illud genus est generalissimum. sic nullum est legatum. Exemplum si diceret. lego substantiam vel rem. Si vero genus est subalternum. vt lego animal. corpus: ⁊ huiusmodi. sic similiter nullum est. quia dando muscam liberaretur. Si vero genus est insertuz. puta quia est species specialissima: tunc aut res eius generis hz certos fines a natura designatos. vt bos equus ⁊ huiusmodi: aut habet fines ex sola distinctione hominis: vt fundus: vt. ff. de le. i. l. quod in rerum. §. fi. Aut facto hominis: vt domus vl fundus. quod per factum hominis de duobus fit vnum diruendo parietem ⁊ huiusmodi: vt. ff. cō munia predio. l. si quis duas. §. i. Si loquimur ō prio sic fuit varia opio sz plz mihi opio Jo. quā seqr Accur. in. l. legato gnālii. ff. de lega. i. ſ. q; aut testator quos reliquit seruos vel boues incertos ⁊ de incertis sunt in suo patrimonio: ⁊ tunc eligit legatarius. vt instit. de lega. §. si generalii. dum tamen non eligat optimuz. d. l. legato. Aut nō sunt in suo pmōio. ⁊ sic electio erit heredis vt. ff. de tritico le. l. iij. in principio. ⁊. l. iiij. Similiter vbi testator de certis seruis sensit incertū puta quia legauit vnum de seruis suis. sic electio erit legatarij. l. qui duos. ff. de lega. i. Si vero loquimur de ſo. sic non valet: quia videtur derisorium: quia heres prestando fundum vnius digiti vel vnguis liberaretur. d. l. quod in rerum. §. si quis autem. Si vero loquimur de tertio: tunc aut legans domuz in genere relinquit domos aliquas: aut non. si sic. electio erit legatarij. Si nō legatum erit derisorium. ff. de le. j. l. si domus in principio. Aduerte tamen q; quando electio datur heredi in rebus legatis in genere. ⁊ illud genus est talis qualitatis q; in ipso sunt quedaz que nihil valent: ⁊ magis expedit non habere q̄z habere: tunc nō potest talia dare: sed debet dare mediocrem. vt in. d. l. legato. ⁊. C. de dona. l. si qs argentuz. §. i. ⁊. C. cōmunia de lega. l. fi. §. i. Si vero summus extra talia. tunc poterit heres dare minimum in tali genere. l. si ita scriptuz fit. in fi. ⁊. l. apud iulianum. §. seyo. ff. de lega. i. ff. de regu. tur. l. semper in obscuris. ff. de verbo. obli. l. si ita stipulatus. ℣ altit hoc in legatis ad pias causas. quia debetur id quod est melius fauore pie cause. vel saltem mediocre. puta legatum est vas dabitur argentcum inter aurum. ⁊ auricelcum: seu eneum. Jta habetur ⁊ nō. in. l. titia. §. seya. ff. de aur. ⁊ arg. leg. ex qua Bar. ibidez dicit q; si legatur calix intelligitur argenteus: si pla neta intelligitur de serico: ⁊ similibus.

¶ Quid si quis legauit quattuor lagenas olei 35
que sunt in tali vase: que non sunt nisi due. vel ō pecunia que est i tali capsa legat vni. xxx. alij. xx. alij. x. ⁊ non sunt nisi. xxx. ℟. q; solum debetur quod inuenitur. l. si quis testamento. ff. de lega. i. ⁊ vnicuiq; pro rata defalcabitur. puta ille cui xxx. legauerat non habebit nisi. xv. cui. xx. x. ⁊ cui. x. v. debebuntur. vt ibi dicitur. ℣ acit. l. cuz certus numerus. ff. de tritico vi. ⁊ ole. le. ⁊ de lagenis est casus in. l. si quis seruum. §. si quis. ff. de lega. ij.

¶ Quid si testator errat in nomine. ℟. q; non 36
officit dummodo constet de quo sensit. l. si in nomine. C. de testa. ℣ acit. ff. de le. i. l. iij. ⁊ instit. de lega. §. q; si aliud. Similiter falsa demonstratio non officit. puta cum dicit. lego seruum meum quem emi a ticio: cum tamen sit emptus a diuo. dummodo constet de seruo. Instit. de lega. §. si quis in nomine. Similiter falsa causa non vitiat legatum. vt si dicit. lego tale quid ℣ petro q; fecit mihi tale seruitium: cum tamen non fecerit. instit. de lega. §. longe. sceus si conditionaliter. vt ibidem.

¶ Vtrum legans ancillam Bertam: ⁊ po- 37
stea vendens eam emit aliam cui nomen Berte

imponit: an debeatur ista fa. ff. q; sic. ff. de condi. ⁊ demon. l. filie sue. §. titia vx.

38 ¶ Vtrum legans mihi omnia sua mobilia intelligantur omnes fructus etiam. ff. q; sic omnes q tempore mortis testatoris erant a solo separati. ff. de re. ven. l. fructus. Sed non habebo ex tali legato nomina debitorum suorum: nisi aliter constet de mente: quia nomina debitorum nec sunt mobilia nec immobilia. sed in. iij. specie. ff. de rebus. l. a diuo pio. §. in venditione. Item q; non est nostrum quod nobis debetur. sed tantum illud quod possumus vendicare. ff. de aur. ⁊ arg. le. l. ij. Sed tu de hoc dic vt. s. Alienatio. §. viij ⁊ idem dic de lignis ⁊ lapidibus ad hedificium preparatis q; non veniunt. ar. ff. de le. iij. l. ligni appellatio. §. fi. Idem in lecto legato venit ornamentum eius. vt in. d. l. librorum. §. fi. eo. ti.

39 ¶ Vtrum legatis vestibus vxori. veniant aurea vel argentea ornamenta dictarum vestium videtur q; non: quia accessoria preciosiora suo principali non accedũt. Bal. de ro. in no. tenet q; veniant etiam preciosiora: ⁊ accedant principali. vt l. ⁊ si non sunt. §. perueniamus. ff. de aur. ⁊ arg. le. ⁊ Bar. in. l. cum aurum. ff. de au. ⁊ ar. le. ⁊ dicit glo. falsam in. l. ij. ff. de pecu. le. que vult q; accessiones preciosiores non extinguantur destructo principali.

40 ¶ Quid si legat centum Titio si voluerit. ff. q; non transibit ad heredem titij: si titius non expresserit se velle. l. si ita legatum fit. §. illi si vollet. ff. de le. ⁊.

41 ¶ Quid si habens lancem maximam. minorem ⁊ minam legat lancem minorem. ff. q; debetur medie magnitudinis: si aliud non appareat. ff. ꝺ au. ⁊ ar. lega. l. qui lancem.

42 ¶ Item si legat cirographum: intelligitur legasse actiones in eo cõtentas. l. qui cirographum ff. de le. iij.

43 ¶ Vtrum testator qui legauit vni fundum: alij vsufructum fundi: debeat intelligi legasse vni / cuiq; ipsorum dimidium vsusfructus dicti fundi ff. Bal. de ro. in no. q; sic. l. si alij. ff. de vsufru. lega. secus in iudicis sententia. vt. l. ⁊ puto. §. i. ff. famil. hercis. quod verum est si aliud de mente non constet.

44 ¶ Vtrum si legans sic dicit. lego centum. Titio: ⁊ si illos perderet iterum relinquo ei alios cẽtum: eius heres teneatur plusq; semel restituere ff. q; non nisi semel. ff. de leg. iij. l. fideicomissa. §. si quis decem.

45 Si legatur alicui vsusfructus sub certo tempore puta vsquequo talis peruenerit ad. xx. annos q; uis talis moriatur: nihilominus vsusfructus durat vsq; ad tempus. xx. annorum secus si moriatur vsufructuarius ante. xx. annos. quia expirat Si vero legatur sub incerta conditione. puta do nec talis fuerit furiosus vel remãserit ⁊ huiusmodi quorum euentus incertus ẽ si cõditio euenerit expirat. Si autem moriatur in furore nihilominus durabit vsq; ad vitam vsufructuarij. l. ambiguitatem. C. de vsufruc.

¶ Quid habebit ille cui relinquitur victus ⁊ vestitus. siue alimenta. quod idem est. ff. debet habere cibum. potum. vestimenta. lectum. habitationem. ⁊ ea sine quibus viuere non posset. ff. de ali. ⁊ cibaria. le. l. legatus. ff. de verbo. signi. l. victus. non tamen ea que ad disciplinam pertinent d. l. legatus. 46

¶ Quid si dicit. relinquo q; vxori mee sit domina ⁊ usufructuaria omnium bonorum meorum. ff. q; per hoc quod dicit dominaz habebit gubernationem domus ⁊ familie. ⁊ eius curã. per hoc q; dicit vsufructuariam habebit victum ⁊ vestitum. Similiter si diceretur relinquo eam dominam ⁊ dominatricem bonorum meorum. intelligitur q; secundum qualitatem patrimonij bono rifice habeat sua necessaria ⁊ sit gubernatrix domus ⁊ sic sapientes ⁊ cõmunis vsus interpretantur. vt nõ. glo. in aut. hoc locum habet. C. Si secundo nup. Et sic fecit Dauid cum dicitur de eo constituit eum dominum domus suc. i. rectorem ⁊ sic ponitur in greco quod est. ff. man. l. creditor §. lucius. Dominus tamen Bertho. cepola in tractatu suo de seruitutibus dicit verum sola alimenta esse relicta per illa verba dominam ⁊ vsufructuariam si filij sunt instituti: secus si extranei vt est glo. in. d. auct. hoc locum. ⁊ ibi per omnes ⁊ Bart. in. l. titia cum testamento. §. fi. ff. de lega. ij. ⁊ Bal. in. l. vnica: C. de indic. vi. quod intellige superstantibus filijs: secus si morerentur filij viua matre. quia tũc efficeretur proprietaria vt nõ. singulariter Bar. per tex. in. l. sicut in annos. ff. quibus modis vsuf. amit. 47

¶ Quid si dicit lego vsufructum omniũ bonorum meorum vxori mee. vel relinquo vxorem meam vsufructuariam. ff. q; insolidum habebit vsumfructum omnium bonorum. ita q; poterit facere de illis quicquid placuerit: etiam si essent vltra quantitatem alimentorum. vt. ff. de vsu. le. l. vxori mee: nisi filios haberet in quo casu filij haberent saltem legitimam partem in vsufructu secundum dominum Ꝺ dofre. sicut ipse notat in aucten. nouissima. C. de inoffi. testa. que limitat. d. l. vxori quo ad filios: sed non quo ad extraneos. 48

¶ Vtrum legans vxori sue habitationem: seu 49

vſumfructum habitationis domus ſue: quod idē eſt. l. cum antiquitas. C. de vſufruc. Et in eodē teſtamēto legando dictam domū alteri ademerit dictuꝫ legatum vroris. ff. q̄ nō tex. eſt in. l. ſempronio in prin. ff. de vſufruc. vbi probatur qđ legato generali vſusfructus vel habitationis nō derogatur per legatum ſpeciale ipſius rei. Et ibi Bar. dicit q̄ non eſt alibi tex. pro hoc.

50 ¶ Quid ſi dicit relinquo ticio fundum ad vſufructuaꝝ. ff. dominus Bartho. vbi ſupra eſt q̄ eſt relicta proprietas. Similiter quando dicit relinquo fundum ad gaudimentum per. l. proculus. ff. de vſufruc. & ibi dominus Flo. qui tamē diſtinguit verum ſi extranei ſunt inſtituti. ſecus ſi filij dilecti: & placet in conſcientia. licet alij indiſtincte velint q̄ proprietas ſit relicta nō vſufructus.

51 ¶ Quomodo pōt fieri legatū. ff. q̄ poteſt fieri quibuſcunq; verbis aptis tamen & idoneis. vt ſi dicat. lego. do. dare iubeo. volo. rogo poſco. opto vt def. l. ij. C. cōmunia de le. Itē poteſt fieri pure. vt cum dicitur lego tali. c. & in diem. vt lego tali vſq; ad paſcha. Ex die. vt lego tali a paſcate in antea. & ſub conditione per ſi. vt lego tibi c. ſi filiam meam accepis. vel per cum: vt lego tibi centum cum fueris. xiiij. annorum tūc ineſt cōditio hec dum completus fuerit. xiiij. annꝰ & non aliter. C. ō lega. l. fi. Fallit tamen in libertate vt videatur potius eſſe relicta in diem puta ſi dicit ſeruum meum liberum iubeo cum filius meus erit. xxv. annorum. C. de fideicom. lib. l. cōmiſſoria. Et vt ſcias differentiam inter legatum quādo fit pure. & quando fit ſub conditione. vel in diem nō. q̄ quando legatum fit pure ſtatim mortuo teſtatore cedit legatario. vt infra. §. lvj. Quādo vero fit ſub conditione ante conditionis euentum non cedit legatario. & ideo ſi morietur ipſe legatarius antequā conditio impleatur remanebit apud grauatum. & non tranſmittet ad ſuos heredes. Limita hoc in legatis ad pias cauſas. vt ſupra §. viij. Quando vero legatum fit in diem. tunc ſi dies eſt incertus omnino: ſic legatum eſt conditionale. l. dies. ff. de condic. & demon. & l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. ff. deꝰ verbo. obliga. & l. ſi dies. ff. quando dies le. ce. & glo. nō. i l. ſeyus ſaturninus. ff. ad trebel. Si vero dies ē certus omni certitudine. vt puta. cum legatur titio in paſcha futuro vel q̄n curret. m. cccc. xc. & huiuſmodi. vel dies eſt certus ad minus in ſe. licet ſit incertus in proprio ſubiecto. puta. cum relinquitur talis poſſeſſio titio quando erit. xxv. annorum. quia iſtud tempus eſt certum in ſe: quia ſuo curſu perire nō pōt q̄n veniat illud tempus ſed in proprio ſubiecto & ſub tali qualificatione bene eſt incertuꝫ: quia talis poteſt mori anteq̄ ſit. xxv. ānorum. Et tunc legatum factum tali tempore vel die cedit legatario ſtatim a die mortis teſtatoris quo ad tranſmiſſionem: quia ſi legatarius moreretur poſt mortem teſtatoris: & ante illuꝫ diem vel tempus nihilominus legatum debebitur eius heredibuſ. vt patet in. l. vnica. §. cuꝫ igitur. C. de cadu. tol. Intellige niſi aliud impediat. l. ſi ea queſtio. C. de his qui. vt indi. hoc patet in. l. ſi cum heres. ff. quando dies le. ce. & l. heres. in principio. ff. de condi. & demon. vbi patet q̄ quando quis legat Titio poſſeſſionem cum morietur. licet ſit incertum quando morietur: tamen quia certum eſt q̄ morietur & ideo legatum eſt ad diem certum & ſic debebitur eius heredibus: ſecus ſi legaret ſic. heres dato poſſeſſionem titio cuꝫ morieris: vt ſic eſt conditionale quia eſt in diem incertum: eo quia ignoratur quis prius ſit mortuus an heres vel titius. Et ideo ſi titius premoriatur legatum remanebit apud heredem grauatum. Item aduerte q̄ dictio ſi non ſemper facit conditionem. nam quando apponitur tempori preterito vel preſenti. non facit conditionem. l. inſtitutio talis. in fi. ff. de condi. inſti. & l. eas. in principio. & l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſūmaꝫ. ff. de condi. & demon. Nec ob. l. ſi ſic. ff. de le. i. quia improprie loquitur. Quando vero ſi reſpicit euentum futuri temporis cuius euentus eſt certus omni certitudine: ſic non facit conditionem ſecōꝫ Bar. in. l. i. ff. de condi. & demon. Idez dic quando conditio eſt impoſſibilis. l. i. ff. de condi. inſti. Sed quādo euentus eſt certus an ſed incertus quando vt mors. ſic facit conditionem ſecunduꝫ Barto. vbi. ſ. & glo. in. l. in omnibus. ff. de re. iur. ſimiliter facit conditionē quando euentꝰ eſt oīo incertus. Itez dictio ſi aliquā ponitur pro qz. l. videamus. in princi. ff. de in litē. iura. l. titiuꝫ & meuiuꝫ. ff. de admi. tu. aliquā ponitur pro q̄uis. l. fina. C. de libe. & eoruꝫ lib. Aliquando ponitur ſimul cuꝫ dictione & ſic. ſ. & ſi. & ſtat pro quānis. l. i. §. nūciatio. ff. de no. ope. nū. & diffuſe vide Bar. vbi. ſ. Dictio vero cū. aliquando habet vim copule. l. illi cuꝫ illo. ff. de vſufruc. le. & ſic non facit conditionem niſi antea appareat voluntas diſponentis. l. ſi fuerint. §. fi. ff. de teſta. ma. & l. ſi ancilla. ff. de le. i. Aliquādo vero cum. eſt coniunctio videlicet quando apponitur verbo preteriti: vel preſentis temporis: & ſic non facit conditionem: ſed ponitur cauſatiue cuꝫ pro quia. vel aduerſatiue pro quānis. l. ō monſtratio. §. i. ff. de condi. & demō. & ibi Bar.

Aliquando reperitur aduerbiū. ſ. cū pro quādo quod eſt quādo apponitur verbo futuri tēporis. ⁊ ſic videtur q̄ tunc nō ſit differentia iter ſi: ⁊ cū et q̄ vtrūq; faciat cōditionē. l. qui promiſit. ff. ō cōdic. inde. cū multis alijs. in glo. ō. l. demōſtratio. ſed quia multe. l. videtur ⁊trarie Bar. ibidē dicit. q̄ eſt triplex differētia. pria. q̄ ſi principaliū denotat cōditionē. ſcōario vero tēpus. q̄ nulla ē cōditio que in ſe nō habeat tēpus futurū. Cū vo denotat p̄cipaliter tēpus q̄ eſt aduerbiū tempo ris. ſcōario cōditionē. ꝓbaī in. l. ſi titio. ff. qñ dies le. ce. Et iō qñ ponitur circa ſubſtantiaz obligationis vel circa voluntatē que exp̄imitur per verbū futuri ſubiunctiui ſi ponitur p̄ ſi nō valet ſed bene per cū: vbi gra. Stipulatio q̄ fit ſic, p̄mitto tibi centuz ſi volueris ñ valz: ſecus ſi dicat p̄mitto tibi cētū cū volueris. l. centeſimus. §. fi. ff. de ver. ob. q̄ in primo conditio ē exp̄ſſa per ſi. Jn. ij. ē tacita per cū. ⁊ exp̄ſſa nocent. l. non nunq̄z. ff. de condi. ⁊ demō. Fa ꝺria eſt. q̄ ſi legaſ mihi decem cum petiero non facit conditionem. l. ſi decem cuz petiero. ff. de ver. ob. ⁊. l. titia. ff. de cōdi. ⁊ demō. ſed bene ſi lego decē ſi petiero. vt nō. in. ꝺ. l. ſi cū decem. q̄ per ſi eſt cōditio exp̄ſſa per: cum. tempus p̄cipaliter. Et ideo cum talis tp̄is exp̄eſſio ſapiat exactionem p̄ſenti ſiue executionem. nullam ſuſpenſionem inducit. l. liber hō. §. decem. ff. de ver. obli. Tertia ꝺria ē. q̄ ſi. ſiue appōaī circa diſpōz ſiue circa executōez facit diſpōez ꝑditōalē. l. qb⁹ dieb⁹. §. qdā ticio. ff. de condi. ⁊ de. Sed cum fit diſpōez cōditionalem in vltimis voluntatibus. vt. d. §. q̄dam ticio. ⁊ ibi nō. ſecus in contractibus. ſz bene facit diſpoſitionem reſoluendam ſub conditione. vt. ff. de in di. adiec. l. ij. ⁊ ibi bona glo. limita tamen q̄ cum facit diſpoſitionez in vltimis voluntatibus conditionalē. verum quando addicitur diſpoſitioni vltime que concernit voluntatez diſponendi ſiue diſpoſitionez. l. ſi cui legetur. ff. de leg. i. niſi quando relinquitur coniuncte p̄ſone: q̄ tunc in dubio facit diez. d. l. ſeyus ſaturninus. ff. ad tre. ſed ſecus quando diſpoſitio cōcernit preceptuz ſoluendi: ſiue executionem. ⁊ tempus certum ſaltem in ſe ſicut eſt tempus certe etatis: q̄ tunc non facit conditionem: ſed dilationez quia de natura. cum eſt facere tempus. l. bis verbis. ⁊ ibi Bal. C. quando di. le. ce. Aduerte etiam q̄ licet dicatur lego tibi centum ea conditione vt facias tale qūid: quod tale legatum non eſt cōditionale: ſed modale. l. meuia. ff. de ma. teſta. ⁊ l. ij. ff. de dona. ⁊ ſic verbum ea conditione accipitur impropriē ſm Bar. in. d. l. quibus dieb⁹.

52 ¶ Vtrum relictum in diem debeatur cum fructibus iter medij temporis. ſ. q̄ ſi gratia legatarij fuit appoſitus dies. puta q̄ puer. ſic debetur. Si vero dies fuit appoſitus gratia heredis: ſic non debentur: ⁊ ſic concorꝺa. l. in fideicōmiſſaria. ff. ad tre. ⁊. l. in fideicōmiſſi. §. cum polidius. ff. de vſuris. ⁊. l. cum. ff. de annu. leg. ⁊ eſt glo. in. ꝺ. l. ex his verbis.

¶ Sed pone q̄ legatum conditionale nō imple 53
tur: nō ex defectu legatarij: ſed alio modo. ſ. q̄ aut conditio reſpicit factum eius cui relinquitur ſolum: vtputa ſi manumiſſerit ſeruuz ſuuz. ⁊ tūc ſi conditio deficit per caſum: quia moritur ſerus mortе naturali: ſic conſequetur legatū. l. que ſub conditione. §. quotiens. ff. de condi. inſtit. niſi fuerit in mora. l. pe. ff. de condi. ⁊ demon. Si vero deficit per aliū puta. quia fuit interfect⁹ tunc aget contra interfectorem. lege acquil. l. inde Mlerati us. §. idem Julianus. ff. ad. l. acquil. Et ſi occſor eſt non ſoluēdo de equitate ꝺz admitti ad legatum. l. ticio. §. fi. ff. de condi. ⁊ demon. ⁊. l. fi. ff. de eo per quem fa. erit. Si vero conſiſtat in facto eius cui relictum eſt ⁊ alterius etiam: tunc ſi per caſum fortuitum euenit ne impleat amittet legatum: niſi fauore alimentorum. l. annua. ff. de annu. le. Si vero non per caſum ſed per factum alterius ſic non amittet: ſed ipſum habebit. hec diſtinctio probatur in. l. in teſtamento. ff. de cond. ⁊ de. ⁊ in glo. l. i. C. de inſtit. ⁊ ſubſtitu. ⁊ eſt egſima: niſi aliud dicas Jn aliquo caſu fauoꝛ libertatis. l. cum ita legatur. ff. de condi. ⁊ demon. Limita etiam illud quo dicitur. quod quando condicio non impletur per factum eius verum q̄ legatum deficit niſi conditio eſſet inhoneſta: quia ſic habetur pro non adiecta. ꝺ. l. cum ita.

¶ Vtrum legatum factum ſub conditiōe. ſi nu 54
pſerit ſempronio: expiret ſi non ei nupſerit. ſ. q̄ ſic. ſi honeſte poſſit ei nubere. ſed ſi ſit indignus eius nuptijs tenet legatum licet ei non nubat: q̄ conditio que perpetuam viduitatem inducit remittitur: ſed non que temporalem ⁊ quod vni p̄mittitur alteri prohibetur: ⁊ quod in vno prohibetur: in ceteris permittitur. hec habentur ex. l. cum ita legatum ſit. ⁊ in. l. cum tale legatum. §. meuie. ff. de condi. ⁊ demon. Jdem ſi legatum ſit vt nubat ſecundum arbitrium ſempronij: q̄ proinde eſt ac ſi non ſit adiecta. l. filie ſue. ff. de cōdi. ⁊ demon.

¶ Qua actione petuntur legata. ſ. non ſolum 55
per actiones perſonales ſed etiam: per in rem ⁊ hypothecariā i reſ mortui. ⁊ idē dic in fideicō miſſi. vt inſti. ꝺ le. §. nūa. ⁊. C. eōia de le. l. i.

¶ Quando poſſūt peti legata. ſ. q̄ non poſ 56
ſunt peti: niſi addita hereditate: niſi in lega-

tis ad pias cās. de quo. ℣. legatum. ij. §. ix. vnde scias q; dñium rei legate posſq; addita est heredi tas ipso iure transit ab eo qui legauit ad legatari um recta via. ff. de fur. l. a titio. Nō glo. i. c. ray naldus. de testa. Et iō extunc pertinent ad lega/ tarium fructus rei legate. nō glo. in. l. in legatis. C. ad trebel. l. a titio. ff. de fur. l. legatum. la fa. ff. de le. ij. ⁊. l. si tibi bō. §. cum seruus. ff. de leg. i. Fallit hoc qñ legatur res aliena. l. cum alienaꝫ C. de leg. ⁊. l. non dubiū. ff. de leg. iij. itē in lega to relicto in genere. l. apud offidiū. ff. de op. leg. Idem in legato alternatiue. l. huiusmodi. §. si sti chum. ff. de leg. i. ⁊. l. stichum. ff. de le. ij. Item in legato facto in diem: q; nisi aduenīente die nō transit. l. sempronius. ff. de vsufru. le. Item quā do aggrauat heredem ad vendendū rem. l. vxo/ rem. ff. de leg. iij.

57 ¶ Quo ordine capient legatarij. ℟. q; nullum ordinem obseruamus sed simul omnes equaliter tuemur. dicit tex. in. l. is cui. §. si plures. ff. vt in posſes. leg.

58 ¶ Quibus modis efficitur caducū legatuꝫ. ℟. q; primo qñ qō legaī in testamento habeī pro nō scripto: ⁊ hoc contingit tripliciter. aut q; decessit legatarius quem testato; viuere credidit. Aut q; qō legaī non est in rerum natura: nec potest esse vt equus mortuus quem testato; viuere credidit aut quia rei legate nullum est commertium vel que alienare prohibentur. ⁊ vt dicit Azon. q; etiam si sit cōmertium sed cum grandi difficulta te: vt in predijs necessarijs cesaris non valet le/ gatum nec extimatio etiam dabitur: vt insti. ō le/ ga. §. sed si talis res: nisi voluntas testatoris ap/ pareret velle extimationem dari quando extima ri possunt. ff. de le. i. l. si quis inquilinos. excipiī fm eundem casus quando quis redemit homieꝫ liberum ab hostibus q; poteſt liberari a pignore qō tacite habeo in co. l. senatus. ff. de lega. i. Itē aduerte q; si commertium rei legate sit in cōmu/ ni sed non alicui sicut dānato tamen valebit lega tum ⁊ prestabit talis dānatus. Si vo cōmertiuꝫ non sit ei cui prestari debet: aut propter eius deli ctum: puta q; hereticus aut propter sectam: puta q; iudeus qui non potest habere mancipiū xp̄ia/ num: tunc nec res nec extimatio debetur aut pro pter conditionem status: vt q; est seruus cui mili tia nō debetur. aut propter vitium corporis. q; claudus ⁊ legatur stipendiū cursoris. ⁊ sic si scie bat testato: dabitur extimatio: al's non. Item a que sunt coniuncta edibus ne vrbs deformetur non sunt in cōmertium. ff. de lega. i. l. cetera. itez nec res sacre. secūdo dicitur legatū caducum i ca su caduco tripliciter. aut q; legatarius premoriī q; testato: aut efficitur seruus pene: aut q; testū inprobe inofficiosum dicit. ff. de inoffic. testa. l. papinianus. §. meminisse. aut etiam propter gra ues inimicitias exortas inter legantem ⁊ legata/ riū. si tñ redeant ad amicitiā reintegraī legatū ſq propter leues inimicitias nō efficiī caducum. vt ff. de adi. le. l. iij. in fi. ⁊. ff. de his qui. vt indig. l. si inimicitie. tertio dicitur proprie caducū qō post mortem testatoris deficit quacūq; rōe: vt si legata rius spernat vel conditio sub qua legatū est lega tum deficiat. C. de cadu. tol. l. vnica.

¶ Vtrum factū legatū sub cōditioe: puta si fece 59
rit pontem in tali loco reddaī caducū si ille cui im poniī prius fecerat. ℟. q; sic. p. l. conditionū. ff. de ꝓdi. ⁊ de. Sed tu dic q; quo ad actionē ꝓsequē dam non sufficit aliquid fieri fato. q; non vt ob/ temperare qui fato facit. vt in. d. l. in fi. sed q; ad penā cuitandā nō refert qualitercūq; fiat. l. ea q/ dem. C. si manci. ita fue. alie. Et sic p; q; non de betur legatū predictū. Et q; si fieret excōicatio cō tra non implentes legata talis non ligaretur: sil'r nec aliam penā incurreret si esſet appoſita. Facit quod no. Ludo. de ro. ⁊ Bar. in. l. cum seruus ff. de verbo. obliga. ⁊. l. forma. §. si cum ego. ff. de censi.

Legatum. ii. ad pias cās est oē qō relinquitur p aia: vt sentit glo. ⁊ clarius Bart. in. l. si quis titio. ff. de le. ij. Itē qñ relinquiī aliqd mi/ serabilibus personis: vt pupillis. viduis: pere/ grinis pauperibus: ⁊ hmōi. auxilio proprio de/ stitutis fm do. ℣De. de peru. tractatu de canoni/ ca portione epi. all'. lxxx vij. di. c. i. hec ei psone i iudicio ⁊ extra quadam prerogatiua letanī. C. qñ impera. iter pu. ⁊ vi. per totum. ⁊ in. l. si quis ad declina. C. de epis. ⁊ cle. ⁊ in auten. de eccles. tī. §. fi. de verbo. sig. c. super quibusdam. in fi. ⁊ ℘ verum de pupillis ⁊ viduis miseris pauperibus non diuitibus. c. ex tenore. de fo. compe. c. signi ficantibus. de offi. dele. Item qñ relinquitur ec/ clesie vel alijs pijs locis. c. fi. de testamētis. ⁊ pia loca sunt hospitalia: monasteria: ⁊ quelibet loca alia. in quibus senes pauperes ⁊ languide perso ne aluntur: ⁊ alia charitatis opera exercentur. d. l. si quis ad declinandam. ⁊. l. orphanotrophos. ibidem. ⁊. d. §. fi. ⁊ de reli. do. c. de senodochijs. Item secundum quosdam quando relinquitur ad custodiam ciuitatis vel aliorum locorum cō/ munium seu publicorum. ar. c. ij. de immunita. ecclesia. C. de donat. l. penul. §. ij. sed clare. l. il/ lud. C. de sacro sanc. eccles. ⁊ que ibi not. Item quando relinquitur ad refectionem pontiū ⁊ via rū. vt dicit gl. i. l. i. §. ad mūicipiū. ff. ad. l. fal. sil'r

muroꝝ et fossatoꝝ ciuitatū vel castroꝝ et simi
liū. ⁊ hoc si necessitas imineat. alias nō. ar. l. ad
instructiones. C. de sac. ss. ecc. ⁊. l. omēs pro ui/
ciaꝝ. ⁊. l. ad portus. C. de operib⁹ publicis. ⁊. l.
vnica. C. de quib⁹ munc. ⁊. l. plt. C. de priuil. do/
mus. aūt. ⁊. c. ij. ⁊. c. non minus. c. aduersus de
imu. ecc. ⁊. C. ad legē falci. autē. similit. Itē qñ
legatur in ornamētis ecclesie. pro luiarib⁹. ꝑ fa/
brica ecclesie vel libris aut alijs ad diuinū cultuꝫ
pertinentib⁹. siue sit ad tēpora vel perpetuū cul
tum. c. fi. de testa. ℣ acit glo. i. d. aūt. fil'iter. Itē
quando relinquūtur pro redimendis captiuis. l.
nulli. C. de epi. ⁊ cle. i aūt. ō ec. ti. §. si qs. Itē qñ
reliquitur pro puellis maritandis. ℔m Bar. i. l.
. i. ff. sol. mat. ⁊ in. l. si ego in pr̄in. ff. de iure doc.
⁊ in. l. 2. §. fi. ff. de donati. ar. c. fi. ō ferijs. vbi di
cunt doc. ꝙ dos est pia causa. et ideo relictū ꝑ do
te est ad piam causā. Itē quando reliquitur ꝑ ali
mentis. Intellige egētiū. xij. q. ij. auꝝ. Itē gnā
liter qō deo reliquitur pro aīa reliquī censeť. d. §.
ad municipiū. Et ideo dicit ꝙ proprie dicitur re/
lictū ad pias causas quando reliquitur pro bono
re dei vel sanctoꝝ. vel pro salute anime. siue id re
liquatur ecclesijs siue pauperibus. siue locis pu/
blicis. quia piū est quod fit propter cultū diuinū.
secus si fieret pro honore mundi vl ꝑ perpetua fa
ma. quia non dicit piū. verūtamē in dubio presu
metur quicad relictū fuerit supradictis fuisse reli/
ctū pro deo et pro anime salute. et sic legatū ad pi
am causam.

1 ¶ Sed quero. vtrū quando relinquitur ꝑ ma/
le ablatis icertis dicatur ad pias causas. ſ. Jo.
an. in additi. ad spec. ti. de instrumēti edic. ꝙ sic
si relinquatur pauperib⁹ vel ecclesijs. ⁊ similib⁹
alias nō. vnde dicit. ꝙ poti⁹ consideratur cui le/
gat: q̄z q̄re legat. l. illud. C. de sac. ss. ecc. vbi di/
cit glo. ꝙ quando legať diuiti pro aīa nō est ad pi
as causas. secus si non diuiti. d. l. si quis titio. qō
verū est quo ad presūptionē. secus quo ad verita
tem que principaliť respicit intentionem.

2 Quid si quis legat centū non expressa causa pro
pter quā legat: nec persona cui legat. ſ. Jo. an.
vbi s. ꝙ illud est legatū ad pias causas. vt nō Al
bri. in. l. ad instructionē. C. de ss sanc. ec. legatū
incertū etiā relictū ad pium vel publicuꝫ vsum vt
viaruꝫ et pontiū refectio valet. vt. ff. de lega. ij. l.
quidā in testamēto.

3 ¶ Vtrū relictū cōsāguineo pauperi sit ad piā
causaꝫ. ſ. Bal. in. l. i. C. de ss. san. ec. ꝙ nō nisi
dicat pro aīa: et pro deo hoc facere. ⁊ facit pro hoc
ꝙ nota. Bar. in. d. l. i.

4 ¶ Vtrū legata ad pias causas gaudeāt eodē pri
uilegio cum relicto ecclesie. ſ. pa. in. c. relatum
el prio. de testa. ꝙ sic. quia ecclesia priuilegiať ꝑ/
pter animā cōtemplatione dei. ℣ acit ꝙ nō. Jo.
an. in. c. i. de in itegrū restitu. l. vj. vbi voluit. ſ.
sicut ecclesia potest petere restitutionē in integrū
ita ⁊ alia pia loca possunt.

5 ¶ Vtrū de legatis ad pias causas possit detra/
hi falcidia vel trebellianica. ſ. pa. in. c. Raynal
dus de testa. cōuniter tenetur ꝙ nō. quo ad fal/
cidiā. sed quo ad trebellianicā. Bar. in. l. mar/
cellus. ff. ad trebel. Bal. in. l. id quod pauperi/
bus. C. de episco. et cle. ⁊ multi alij tenent. ꝙ nec
etiā detrahatur. sed Jo. an. tenet contrariū i glo
sa sua. et etiam multi alij. vt nō Albri. in. l. si qs
ad declinandam. C. de episco. ⁊ cle. et licet prima
opinio sit magis pia: tamen secunda non est con
denanda.

6 ¶ Quot testes requiruntur in legatis vt valeāt
vide. ℣. testm̄. §. 5.

7 ¶ Vtrū legata facta ad pias causas sine institu/
tione heredis valeant. ſ. ℑpa. in. c. iudicante ō
testamen. ꝙ si noluit mori intestatus non valent.
insti. de le. §. ante heredis. sed vbi quis eligit mo
ri intestatus sic valēt. nedum legata ad pias cau
sas: sed quecūq; alia legata. et in dubio videť vo
luisse mori intestatus qui facit talia legata. quod
probat textus. d. c. indicante. et facit quod legiť.
et nō in. l. 3. ff. de iure codicil.

8 ¶ Vtrum ex defectu testamenti vitientur lega/
ta ad pias causas. ſ. ℑpa. in. d. c. indicāte. ꝙ nō
secundū vnam opinionē. vt nō in. l. prima. C. ō
sacrosanct. eccles. ⁊ in. l. eam quam. C. de fidei/
cōmiss. ℣ acit pro hoc qō nota. Bar. in dicta. l. i.
et Bal. in. l. illa institutio. ff. de here. insti. qui te
nent. ꝙ cū quis reliquit sua respectu pie cause dis
positioni ticij ꝙ valet. licet non valeat testamētuꝫ
quando heres ponitur in voluntate alterius. de
quo. ℣. testm̄. §. bis. ratio diuersitatis est. quia ta
lis cuius arbitrio committitur habet regulam iu
ris diuini. humani: et gentium. limitans ei⁹ vo/
luntatem que est vt pre omnibus deo ⁊ religioni
debeantur. et ad redimenda peccata. xiij. q. ij. ani
me. de pe. di. i. medicina. Et ideo aliud non po/
test facere. sed in prophanis nulla est regula limi
tans. et ideo posset aliud velle q̄z testator. et pro/
pterea cum voluntas testatoris sit incerta ideo est
captatoria. idest adulatoria seu deceptoria. secun
dum glosam. in capitulo. cum tibi de testa. Ad/
uerte hic secūdū Bar. in sua minori ca. ꝙ aut te/
stator voluit vt testamentum valeret iure directo
testamenti. et non aliter. et sic testamentum ē nul

lum. heres ad quem veniunt bona non tenetur i conscientia. aut voluit q; si nō iure testamenti. saltem valeret iure codicillorum ⁊ omni alio modo quo posset. Tunc ille ad quem bona peruenerūt tenetur in conscientia implere legata defuncti. et sic est presumendum. nisi quando testator prouidit. sibi puta alium substituendo. vel quando ordinauit quid fiendum. si quod ordinauerat non habebit effectum. ℣ acit. l. cum proponas. C. de here. instit. Idem dic secūdū Bartholum. in. l. in testamento. ff. de fideicō. liber. et ℣da. in capitulo primo. de succe. ab inte. q; licet voluntas defuncti non fuerit perfecta ratione publicationis: fuit tamen perfecta ratione voluntatis. vt puta. quia testamentum manu sua conscripsit volens postea redigi in publicam formam. sed morte vl' furore preuentus non potuit. quod nihilominus heres tenetur. Idem dic si incepit facere testamētum nec potuit complere. q; legata facta valent. quia non potest negari quin sit perfectus consensus ratione voluntatis. licet non ratione operis. Idem Bartholus. in. l. cum quis. C. de iuris ⁊ facti igno. tenet q; si testamētum est nullum quia deficit voluntas defuncti. vel quando est nullum ex preteritione heredis ignorando q; eum habeat sic legata non debentur. quod limitto nisi sint talia q; si etiam sciuisset se habere filiū fecisset. ar. xvij. q. iiij. c. fi. sed quando testamentū est nullū quia non sunt testes sufficiētes. vel deficit aliqua solennitas iuris ciuilis. tunc quando constat heredi. de voluntate defuncti. vel per duos testes potest probari obligatur naturaliter iure gentiū ad implendam voluntatem defuncti. q8 nō.

9 ¶ Quid si heres renunciet hereditati: vel non vult adire. ff. ℣da. in capitulo. relatum. el primo. de testi. q; nihilominus legata ad pias causas valebunt. quia non subijciuntur talibus solēnitatibus iuris ciuilis.

10 ¶ Vtrum legatum ecclesie hedificande seu monasterio debeat solui cum fructibus itermedij tēporis. ff. ℣da. in capitulo nos quidem. de testa. q; sic. vt consuluerunt Bartholus. ⁊ ℣ran. de alber. q; ter. prefati. c. nos. dicit q; relicta ecclesie construende debent solui sine diminutiōe. ℣ acit pulcer tertus in. l. si ita relictum. §. pegasius. ff. de le. ij. vbi dicitur. q; si reliquitur predium in certum diem. puta post. x. annos. vel cum legatarius erit pubes debetur predium cum fructibus intermedij temporis. si dies fuerit apposita fauore legatarij. sic i casu nostro dies apponitur fauore ecclesie vel monasterij. quia si fuisset constructa tempore testamenti legasset simpliciter et non in diem. quod bene nota.

¶ Vtrū legatum ad certum vsū possit ad alium vsū conuerti. ff. de peru. vbi supra. Aut ipse vsus potest impleri de iure et de facto. puta. quia legauit quis vt mōasterium fiat in tali dioceſi. epūs est contentus ⁊ sic licet de iure de conse. distin. prima nemo nullum est impedimentum in facto quia est pecunia ⁊ cetera necessaria. nec est qui aduersetur: ⁊ sic potest fieri de facto ⁊ tunc dico q; non potest conuerti in alium vsum: ⁊ iste est casus. d. c. nos quidem: ⁊. ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. prima ⁊ de hoc est casus in. l. nulli. C. de episco. ⁊ cleri. immo si per legatarium non impletur tale legatum redit ad heredes: ⁊ pro hoc est casus in. c. cum dilectus de donati. ℣ acit quod nota. de condic. appo. c. verum. Et hec intellige vera nisi in legatis ad pias causas: vel nisi interueniat dispensatio pape vel alterius: vt. ſ. dicaꝫ. Aut ille vsus potest impleri de iure: sed non de facto puta propter guerras vel quia pecunia est modica: vel non est locus in ecclesia vbi legatur pro capella fienda ⁊ huiusmodi: ⁊ iste casus est in. l. legatum. ff. de admi. re. ad ciui. perti. Et in. d. c. nos quidem ibi impleri non potest quod verbum etiam intelligitur de impotentia facti de rescrip. c. sciscitatus ⁊ tunc potest fieri commutatio auctoritate superioris: etiam si in testamento sit clausula q; non possit conuerti ad alium vsum q̄z deputatum. ratio quia voluntas testatoris debet interpretari secundum ius commune: vt res magis valeat q̄z pereat. c. abbate de verbo. signifi. ⁊ ideo cum de iure communi possit in alium vsuꝫ conuerti non obstabit talis clausula. Et ex his dicit. Bu. in Spe: ti. de edic. instru. in. §. nūc aliqua. q; si michi legatur vt vadam vltra mare. et nullus audet ire q; consequar legatum. licet non vadam. dūmodo vadam ad similem locum. Similiter si testator legat pro labore itineris vel penitentie sibi iniūcte vt vadam romam. et propter impedimentum non possum ire. q; consequor legatum. dūmodo vadam ad locum similem. d. l. legatū excipitur quod legatur pro succursu terre sancte. quia si nunc non possum expectabitur tēpus. et seruabitur legatū. c. magne de voto. Ludo. de ro. in no. dicit q; legatum factum pro calice vel reparatione ecclesie. si ecclesia non habet opus: de hoc poterit per episcopum solum fieri conuersio in alium vsum pium. Aut vsus potest impleri de facto sed non de iure. et tunc aut hoc est quia non est ad aliquem finem honestuꝫ. puta legat quis centum vt fiat ludus theatralis in ecclesia: qui est illicitus de iure. capitulo cum decorem. de vita ⁊ honestate clericorum. ⁊ sic legatū

inutile est ⁊ non fiet conuersio. ar. eorum qđ no. in glo. l. i. ff. de condi. insti. vel non potest fieri ō iure: non qz non fit ad finem honestum: sed quia ius prohibet. ⁊ sic fiet conuersio in aliuz vsum honestum: vt est casus in. d. l. legatum. ff. de vsuf. le. ⁊ sic intellige. c. nos quidem. in verbo non potest impleri. ſ. de iure. Exemplum testatoꝛ legat qꝫ predicatoꝛes ⁊ minoꝛes se conferant ad habitandum in suis domibus: ⁊ celebrent ibi diuina pro salute anime sue de iure hoc non potest fieri. c. vnico. de excess. prela. li. vi. cle. cupientes. de pe. tamen vsus est honestus qz pro anima ⁊ laude diuina. Similiter legat vt fiat ecclesia in tali loco. ſi potest fieri propter priuilegium quod habent predicatoꝛes ⁊ minoꝛes ⁊ huiusmodi. ⁊ ideo fiet i loco congruo ⁊ honesto. Facit ad supradicta qđ supra dixi donatio. i. §. xlvij.

12 ¶ Cuius auctoꝛitate fiet talis commutatio. ſ. do. pe. vbi. s. qꝫ si non subest causa. puta qz pōt de iure ⁊ de facto impleri: tunc solus papa pōt. l. legatum. ff. de admi. re. ad ciui. perti. ⁊ cle. quia contingit de religi. do. Si vo subest cā legitima potest diocesanus etiam si potest implere de iure ⁊ de facto nisi testatoꝛ prouidisset quid fit faciendus de legato vsu non impleto: qz si prouidisset nō posset fieri commutatio. vt no. Bar. in. l. liberto. § lucius. ⁊ ibi tex. ff. de an. le. ⁊ qꝫ episcopus ex cā legitima possit cōmutare in alium piū vsum. Facit qđ no. do. an. in. c. verum. de condi. apo. vbi vult qꝫ non obstante prohibitōe testatoꝛis ne alietur: nihilominus potest in magis pium. Vide supra. donatio. i. §. li. Idē tenet Roge. ⁊ hugo. Item Ange. ⁊ imo. in. l. i. ff. de consti. prin. vbi volunt qꝫ iusta subsistente necessitate possunt relicta per testatoꝛem in alium vsum conuerti. vt no. per Bar. per illum tex. in. l. fi. ff. de ope. publi. ⁊ in. d. l. legatam. Ex quibus concludo qꝫ voluntas ⁊ legata testatoꝛis circa pias causas possunt sine causa etiam per papam mutari in alium vsum pium ⁊ per epm cā subsistente solum q̄zuis alij cōiter tencant contra de episcopo. in cle. quia contingit quam limito quando sine cā vult fieri cōmutatio: qz tunc pertinet ad solum papam: alꝫs non. Facit qđ. ī. dico. §. xvij. facit pro hoc qđ dicit Ludo. de ro. vt. s. no. in. §. precedenti.

13 ¶ Queritur vtrum in tali cōmutatione requiratur consensus heredis grauati. ſ. pe. ſvbi. s. qꝫ si non potest impleri de iure vel de facto requiritur consensus heredis grauati ⁊ ecclesie cui fit legatum. ⁊ ita loquitur. l. legatum. ff. de vsufru. le. ⁊ similiter dic quādocūqꝫ ex causa legitima debet fieri commutatio.

14 ¶ Quid si dubitetur an sit cā legitima vt fiat cōmutatio: vel ecclesia cui legatur: aut heredes nō consentiunt in cōmutatione. ſ. pe. vbi. s. qꝫ sol⁹ episcopus poterit. C. de nup. l. i. ⁊ si ecclesia cui legatur consentit vt fiat cōmutatio ⁊ heredes contradicunt: nihilominus episcopus faciet ecclesie legatarie fauoꝛe voluntatis defuncti adimplē de ⁊ non heredi. ⁊ iste est casus in. d. l. legatum. Facit hoc in legato pro monasterio fiendo qđ sine consensu heredis non potest commutari: nisi fuerit negligens: qz tunc etiam sine eius consensu potest episcopus elapso termino, dicto. c. nos quidem.

¶ Qui potest suum officium impendere vt legata suum consequantur effectum. ſ. ſpa. in. d. c. nos. qꝫ etiam iudex secularis etiam in legatis ad pias causas est tex. in auten. de eccles. titu. §. si quis edificationem. sil̄r tam secularis q̄z ecclesiasticus potest compellere vt legata soluantur que fiunt non certe persone: vel si certe: tamen talis ē qꝫ non potest in iudicio petere vt sunt fratres minoꝛes. d. §. si quis secus esset si non ad piam cām fit legatum ⁊ certe persone factum. tūc qz oꝫ qꝫ solum ad instantiam partis compellat. 15

¶ Vtrum episcopus in legatis ad pias cās possit se intromittere. ſ. ſpa. in. c. si heredes. de testa. qꝫ si testatoꝛ prouidit sibi de executoꝛe non potest nisi in defectum. vt. s. Executoꝛ. §. xi. ⁊ in. c. tua nos. de testa. ⁊ in auten. de eccles. titu. §. si quis pro redemptione. Si vo testatoꝛ non prouidit sibi de executoꝛe. tunc in legatis pro redemptione captiuoꝝ ⁊ pro alimonijs pauperū pro uidebit episcopus: vt in. d. §. si quis autē pro re. ⁊ l. nulli. C. de epis. ⁊ cle. In alijs autem heres vt in. d. c. si heredes. ⁊ c. tua. ⁊ c. nos. de testa. nisi in negligentiam. vt. s. executoꝛ. §. xiij. 16

io ¶ Utr libri ēpti a patre filio suo sint quasi castrense. ff. secūdū Bar. in. d. tractatu. & in. l. i. §. nec castrense. ff. de col. bono. q̄ aut pater tradidit & se donare expressit. & tunc si filius erat advocatus acquirit sibi in quasi castrense. l. i. C. de ca. pe. & l. castrense. ff. co. nec pater poterit sic datum revocare. l. si filius, C. fami. herci. Si vero nō erat doctor tempore donationis. sed scholaris tunc nō potest dici quasi castrense. quia conditio persone hoc nō patitur. Nam scholares nō gaudent privilegijs quo magistri & doctores. l. pria. in fi. C. de stu. libera. Et facit quod nō. in. l. fin. C. de iurisditi. omniū iudi. quod verum intelligē, nisi ante mortē patris complcuisset studium suum. quia sic cepit quasi militare. & tunc erunt quasi castrense. l. sine emancipatis filijs. C. d donatio. & l. donationes. in concubinas. §. pater. ff. eo. Nota tamen q̄ licet nō fuerit doctor. nec effectus ante mortē patris. si pater ei non emancipato libros dedit. sed eos non est adeptus nisi post emancipationem q̄ erunt sui. quia confirmatur donatio. d. l. sine. & d. §. pater. Idē dic de quocunque donato a patre filio emancipato. vel etiam nō emancipato si modo emancipatus voluntate patris possedit q̄ erit filij. nec pater postea poterit revocare. d. l. sine. Secus si post emācipationem tenuisset donata ante eam contra voluntatem patris. Similiter idem dic q̄ confirmatur dicta donatio morte etiaꝫ si non erit ipse emancipatus. & sic post mortē patris talia erunt sua. nec comunicabit cum fratribus alijs. l. filie. C. fami. herci. secūduꝫ opinionem approbatam in glo. d. l. sine. Aut pater non tradidit nec expressit se donare. & sic licet emerit nomine filij sui. nihilominus erūt patris & communicabit eos cuꝫ alijs fratribus post mortem patris. l. prima. i principio. C. de ca. pecu. requiritur enim traditio vt videatur donare. l. ij. C. si quis alteri vel sibi q̄ si nescitur. an donauerit vel ne. tunc secundū Bald. in additionibus ad prefatuꝫ tractatuꝫ Bar. ad coniecturas est recurrenduꝫ. secūdum ea que. ī. dicaꝫ in. §. xxxij. Aduerte hic secūdum Bar. i aūt. ex testamēto. C. de coll. q̄ donatuꝫ a patre filio emancipato est conferendū post mortē & computabitur in eius parte. Sed donatum filio existēti in sua potestate. licet nō valeat in vita ipsius patris tamen assumit sibi vim post mortem & habet viꝫ legati. vt in. l. in donationibus. C. ad. l. falci. & l. donationes. la prima. C. de donatio. iter vi. & vro. Et sicut legata & fideicōmissa nō cōferuntur. l. a patre. C. de coll. sic nec talis donatio. Fallit hoc in tribus casibus. Primus quando emergitur iequalitas. l. pcl't. C. de coll. Secundus quando pater hoc expressit. Tertius quando dedit vt haberet in peculio. l. si donatione. C. de coll.

¶ Utrū omne acquisituꝫ ex pecunia patris a filiofamilias sit profecticiuꝫ. ff. fꝫ. Barto. in prēdicto tractatu. & in. l. cuꝫ oportet. C. de bo. q̄s lib. q̄ id quod acquirit filiusfamilias ex bonis patris sive, sit pecunia. sive sint possessiones sibi ab eodem date sine labore & industria sua. puta dando possessionem alteri colono: vel pecuniaꝫ mercatori. ex qua habuit de lucro tale lucruꝫ erit profecticiuꝫ. Sed id quod acquirit ex predictis bonis ex labore suo. vel industria. puta laborando agr predictū. vel negociando de pecunia predicta sicut lucruꝫ quod fit ex pecunia pro parte attribuitur persone lucranti. & pro parte pecunie. l. pria. C. pro socio. & l. si nō fuerint. §. prio. ff. eo. si tale lucrum erit pro parte que debetur possessiori vel pecunie erit profectitium & pro parte que debetur operi persone lucrantis erit aduentitium. dicta. l. cuꝫ oportet. post princi. vbi patet q̄ omne lucruꝫ proueniēs ex persona filij est aduentitium. Nec obstat. l. si ita. §. fi. ff. de vsu. & habita. & l. per seruum. §. fi. ff. de acqui. re. do. quas allegat Spe. qui tenet contrariuꝫ. quia loquuntur in seruo qui acquirit domio ex opere persone sue Et hoc tene: nisi ex pecunia patris fecisset vsuram. quia licet glo. in. dicta. l. cum oportet. teneat contrarium. tamen tu tene cum Bar. ibidem q̄ tale lucrum non erit nec profectitium nec aduentitium. sed totuꝫ restituen. per ipsum filiū. & glo. intellexit quando vsure licite erant de iure ciuili quod hodie nō est. c. super eo. de vsuris. II

¶ Utruꝫ filiusfamilias qui lucratur vigore statuti ex morte vroris sue dotem vel partem debeat eam habere pro aduentitio. ff. Bar. in dicto tractatu. q̄ aut filius sustinet onera matrimonij de lucro sue persone. & tunc filio erit aduentitium. Si vero non ipse sed pater sic erit profectitium. & sic. intellige opi. Dy. in. l. si cum dotem. §. nūc transgrediamur. ff. solu. matri. qui tenet q̄ non est aduētitium sed cōmunicabit post mortē patris cum alijs fratribus. per. l. ij. C. fami. herci. Si vero partiꝫ pater & partum filius sustinet. tunc p̄ rata oneris partium erit profectitiuꝫ & partiꝫ aduētitiū. l. sed & si quis. §. i. ff. de vsufru. & l. si seruus cōis. §. fi. ff. de stip. seruo. 12

13 ¶ Vtr donatū vel relictū ab extraneo filiofamilias sit aduentitiū. ſ. ſm Bar. i predicto tractatu: q aut datū ē ptemplatione patris. ꝛ ſic erit, p fectitiū. Si vo datū ē cōtemplatōe filij. ſic erit aduentitiū in. l. ſed ſi plures. §. arrogato. ff. ō vul. ꝛ pu. ſubſti. ꝛ. l. additio. ff. de acq. here. ꝛ. l. ſ3 ꝛ ſi qd doneť. ff. de vſufru. ꝛ nō. gl. in. d. l. cuz o3. Si aūt nō apparet cuiꝰ ptemplatōe ſit datū depze hendiť ex futuro euentu. puta qñ relinqtur filio. vt poſt mortē patris habeat. ſic pſumitur q ptē platōe filij. Si vo vt tñ viuēte patre. ſic pſumiť ptemplatōe patris datū. Sil'iter ex opecōprehen ditur. puta filiꝰ faciēdo merchantiā acqſiuit ami citiā cū aliquo ex qua aliqd ſibi donauit. qz tūc erit ſibi aduentitiū. l. ſocīū q. §. fi. ff. pro ſocio. ꝛ ibi ē caſus expſſus. qz cōtemplatōe filij. Jō no. q oēs leges que dicūt inſpicīē dū cuiꝰ cōtēplatōe debent itelligi de cā, prima. d. l. ſocīū. qñ in damnū acq rentis nō ꝓſideratur cā remota. l. fi. ff. coniun gen. cū emancipat. libe. ſed bene quantū ad con modū. l. ſi forte. ff. de ca. pecu.

14 ¶ Vtr oē acqſitū per filiūfamilias ſit pſumen dū ex bonis patris in dubio ꝛ ſic ꝓfectitium. ſ. Bar. vbi. ſ. q aut reſultat ſuſpitio delicti. niſi ſic preſumatur. puta. qz filia preſumetur turpiter ac qſiuiſſe qz aliter nō potuit habere. ꝛ ſic credeť ex bonis patris acqſitum. vt ſuſpitio delicti euitet. l. ſi defunctus. C. arbi. tute. ꝛ. l. quintus. ff. ō do na. inter vi. ꝛ vx. ꝛ. l. ēt ſi vxoris noie. C. eo. aut ſuſpitio delicti euitatur. ꝛ ſic preſumetur ex bonis filij. d. legibus. Aut nec euitatur nec oꝛtur pſūptio delicti ꝛ ſic recurrendū ē ad cōiecturas. C. ō epi. ꝛ cle. aūt licentia. Et hec oia ſunt ſeruāda eti am in plato. tutoꝛe. vxoꝛe. ꝛ huiuſmōi. qui circa bona alioꝝ verſantur in cōſcia. licet glo. in. d. l. etiam. ꝛ in. d. l. cum o3. aliter dicat.

15 ¶ Vtr donatū filio a patre ſit aduentitium. ſ. Bar. vbi. ſ. q aut ꝑceſſerūt merita filij que ſi ex traneus feciſſet ei donaſſet. ſic donatio tenet a ꝓn cipio ꝛ erit ei aduentitiū. vt tenet glo. C. de inof fi. teſta. aūt. vnde ſi parēs. Et cōcoꝛ. Jaco. but. Aut non donat ꝓpter merita ſed ut filio. ꝛ ſic eſt ſimplex donatio que nō valet. niſi morte confir metur. vt. ſupra patuit. §. x.

16 ¶ Sed ad quid valet dictum peculium aduen ticium filio cū vt dictum ē vſusfructus ſit patris. nec de eo poteſt diſponere niſi vt. ſ. Religioſus §. lvj. ſ. q valet vt poſt mortē patris non tenea tur illud cōicare cum alijs fratribus. ſed erit ſpe cialiter ſuum. l. fi. C. de colla. ¶ Peculiū vero ꝓ fectitiū ad nihil valet filio. niſi ad hoc ne publice tur in caſu quo alia bona patris publicantur. vt in. l. fi finita. §. de vectigalibus. ff. de dam. infe. Et quod ibi notat Bar. poſt mortem tamen pa tris erit cōe cū alijs fratribꝰ.

¶ Vtrum de peculio caſtrenſi vel quaſi filiuſſa 17
milias poſſit teſtari. ꝛ ad libitū diſponere. ſ. q ſic ſecūdū omnes docto. quia illud acquirit ſibi ꝛ quo ad dominium ꝛ vſumfructum nec illud cō municabit cum fratribus poſt mortem patris. d. l. cum antiquis. C. de inoff. ci. teſtamen. ꝛ mul tis alijs.

¶ Vtrum pecunia data filiofamilias a patre ꝓ 18
ſtudio ſit ei imputanda poſt mortem patris in p te ſua ab alijs fratribus tempore diuiſionis. ſ. Bar. in. d. tractatu q ſi apud patrem nihil erat quod eſſet filij non imputabitur ei in partem. l. q pater. ff. fami. herciſ. Si vero apud patrem erat pecunia filij ex caſtrenſi vel quaſi peculio. tunc i dubio preſumetur q pater adminiſtrationo no mine egerit id de pecunia ipſius filij: ꝛ ſic imputabitur ei in partem. facit quod no. in. l. fi. C. de dotis promiſſi. Sed iudicio meo mihi videtur q pater dando filio pro ſtudio vel filie pro dote q preſumatur dare de ſuo. quia pietas paterna ad hoc inducit. Secus in extraneo. niſi patris ſub ſtantia eſſet tenuis ꝛ filij habundans: quia ſic te nerem cum Bar. alias non.

¶ Quid ſi pater dedit pecuniam filio pro emē 19
dis libris ꝛ ipſe luſit. vel in meretricibus expen dit. ſ. ſm. Bar. in aūt. quod locum. C. de col la. q poſt mortem patris computabitur ei in ſuā partem. argu. d. auctentice. ſicut mulieri que paſ ſa eſt conſumi dotem computabitur ei in partez ſuam. vt in dicta auctentica. quod locum. Idem dic de donato pro emancipatione a patre filio q erit computandum ei tempore diuiſionis ſecūdū Bar. in. l. prima. §. nec caſtrenſe. ꝛ in. l. vt libe ris. C. de colla.

¶ Vtrum filius qui incepit ſtudere viuente pa 20
tre de eius mandato poſſit poſt mortem patris ō cōibus bonis perficere ſtudium. ſ. Bar. in. d. tractatu q nō. nam factum patris erga filium in iciatum eatenus obligat heredem quatenus pa ter erat obligatus. l. ꝛ ſi filium. ff. de mu. ꝛ ho. iū cta. l. honoꝛes. §. is qui. ff. de decu. ꝛ. l. ſi filia. §. idez ſcribit. ff. fami. herc. propter quod cōcludit Bal. in addi. ad dictum tractatum. q ſi vult per ficere ſtudium faciat de ſuo. vel ſi vult doctoꝛari ſimiliter faciet de ſuo. quia eſt nouus actus. l. ſer uus legatus. §. ſed ſi cū mihi ex teſtamento. ff. de lega. i. nec fratres ei tenenť ſi nolūt

¶ Vtr tempoꝛe diuiſionis fratrum veniant ex 21
penſe facte a patre vxoris filijfamilias ꝛ alia oꝛ namenta. ſ. Bal. vbi. ſ. ꝛ Bart. in. l. in bijs. ff. ſolu. ma. q de conſumptis filius non tenetur.

nec alius frater posset dicere. ego ducam meaz & tantudem expendaz de cõi. nisi pater aliter caue/rit in testamento. l. iij. §. fin. ff. de inu. & bo. & ibi per glo. & l. ex parte. §. fi. ff. fami. herciscũ. De extantibus aũt vt sũt vestes. & alia ornamenta si sũt necessaria ad quottidianũ vsũ nõ cõferũtur. sz sũt vroris. & a principio tenuit donatio inter socz & nuz. l. ex annuo. ff. de dona. inter vir & vroxem & l. si dos. cũ sua glo. ff. ad le. fal. Si vero nõ sũt necessaria ad quottidianũ vsũ. sed sunt precioſa: tũc illa qualia sũt debent conferri. l. illud vesti/mentũ. ff. de pecu. nec potest dici q̃ morte sit con firmata donatio quia nõ presumũtur donata. Iz dicatur maritus vr̃ donat vobis istam coronam vel brocatum. sz ad vsum cõcessa. l. mortis. in fi. ff. de dõa. inter vi. & vx. Similiter dic in factis, p filia. l. cũ hic status. §. ozõ. ff. co. & p predictis fa cit. l. fi. ff. solu. ma. & quod dicit Bar. in. l. si vt certo. ff. commo. Ange. tamen. in. l. si ex re do/mini. ff. de stipul. ser. per glo. ibi positã. deter/minat q̃ vestes lugubres date mulieribus effici/untur ipsarum. de dote vero data filie filij ab auo ipsius quomodo non sit cõicanda. vide. s. dos. §. xxi.

22 Vtrum expense facte a patre in peculio filij ad/uentitio sint cõmunicande inter fratres post mor tem patris. ſ. fm Bar. in. d. tractatu. q̃ aut fue runt necessarie. vel ad perpetuam vtilitatẽ. & tũc filio imputabuntur. l. fi. §. fi. C. de bo. q̃s libe. & l. iubemus. C. ad trebe. nisi pater fecisset animo non repetendi. ar. l. si in arca. ff. de condi. inde. q̃ si de animo nesciturr. tũc si sunt parui sumptus presumentur donati. l. si seruum. ff. de dona. in/ter vi. & vro. Si sunt magni sumptus. ita q̃ exce dant fructuum q̃titatem. tunc videtur habuisse animum repetendi. nisi in causa alimentoruz vel simili expendisset. l. nensenius. §. preterea. ff. de nego. ge. Secus si non excederent fructuum q̃titatem. quia tunc videtur donasse. ar. d. l. fi. § si autem res. C. de bo. q̃s li. In impensis tamen que facit vir in rebus vroris gratia fructuuz que rendorum conseruandorum & colligendorum si/ne vlla distinctione sibi facit. l. fin. ff. de impensis. Et non repetet ab vroze vel eius heredibus. In alijs autem si sunt modice non repetuntur. l. oio ff. de impensis. Si sunt magne repetet. d. l. oio vbi alique etiam ponuntur exceptiones quas om mitto. quia parum ad nos. Sed in conscientia se/quere quod dixi. Si vero dicti sumptus non fue runt necessarij nec ad perpetuam vtilitatem. sed solum ad fructuum vtilitatẽ. tunc non sunt comu nicandi. quia onera pertinent ad eundem patrez & expense. Et etiam idem dicendũ de eo quod ex pendit in datijs & collectis. cum habeat vsumfru ctuz. l. si pendẽtes. §. sed & si quid. ff. de vsufruc. & l. neq̃ stipendiuz. ff. de impensis. Nec obstat. l. vnica. §. sed nec ob impensas. C. de re. vxo. actõ. quia vir habet dotem propter onera matri/monij. ideo non debet grauari onere impensarũ Nec hoc erit in alio vsufructuario. quia simplici/ter habet ex alia causa. vt expractu vel quasi. hijs concordat Bal. vbi supra.

¶ Vtrz patre obligante se pro delicto filij sit to 23
tum computandum in parte dicti filij post mortez patris. an de tota hereditate cum alijs fratribus. ſ. Bal. vbi. s. q̃ si dictus pater b fecit naturali pietate sic omnes fratres debent pro parte sua sustinere. l. liber captus. C. de captiuis. Sed si fecit ex necessitate. puta dictante hoc statuto. vt notat glo. super. ſ. ca. C. de decre. decu. tũc nascitur na turalis obligatio inter patrem & filium ex tali ge/stione negoziorum eius que tranſit ad heredes. & ideo soluet de parte sua & non de comuni. l. igi/tur. ff. de libe. cã. & quod notant doc. de eo qui co gitur soluere condemnationem alterius. in. l. ij. §. fi. ff. de ver. ob.

¶ Vtrz patre dante damnum in bonis aduenti/ 24
cijs filij teneantur fratres emendare de comuni ſ. fm Bal. vbi supra. q̃ aut dilapidatio est so/lum fructuum. & sic non tenentur. d. l. cum opor tet. Quod limita verũ quando pater habet vsum fructum in dictis bonis. secus quando ille qui le/gauerat prohibuit vsumfructuz queri patri quod potest fieri. vt tenet glo. in aũt. vt liceat matri & auie. & aũt. excipitur. C. de bonis q̃s liberis. quia tunc tenerentur. Si vero dilapidatio pcernit rei perpetuam deterioationem vel intolerabilem le sionẽ. sic etiã tenent. d. l. cum oz. §. sed cũ tacitas Vtrum debitum contractum post mortez patris ab vno fratrum sit soluendũ de comuni. ſ. Spe. ti. de iudicijs. q̃ nõ nisi ex actum sit ratione cõis vti/litatis vel societatis. Similiter nec dos debz sol ui de cõmuni nisi sit versa in cõem vtilitatẽ. Idẽ dic de cõdẽnatione soluta p vnũ quod nõ soluet de cõi. nisi maleficiũ fecisset pro cõi vtilitate scien tibus socijs & acceptantibus in cõmuni eius vti/litatem. quia sic eet cõmunis. quia ex quo sponte susceperunt lucrum habebunt & damnum condẽ nationis. Si vero ignoranter acceptauerunt lu crum factum iniuste. tunc socius auferet illud & satisfaciet. l. si igitur. ff. pro socio. & sic etiam ipse solus soluet condemnationem etiam si effet socij omnium bonorum secundum Spec. vbi supra. Et licet de iure ex quo communicauit lucrum illicitum non posset illud auferre nisi post condemnationem lege quod enim. ff.

.pro socio. Nihilomin⁹ qñ sacerdos iniunxit ei vt satisfaciat illis quos lesit. Intelligitur nō solū his ꝓtestata sed ēt sīa lata. ⁊ sic ꝓceptū sacerdotis ē sīa ff. Bo. i. c. fi. de sepul. Siliter militās mili tet de suo. uel maritās filiā. vel tenēs filiū in stu/dio faciāt de suo. nisi aliter sit ꝓuētū iter eos. l. si soci⁹, ꝓ filia. ff. pro socio. ⁊ recitat Bald. i. d. l. si patruus. C. cōia vtri. iu.

26 ¶ Vtr lucr quod facit vnus fratr cū pecunia hereditaria mercādo sit cōicandū cū alijs fratrib⁹ ff. fm Bal. vbi. s. i. d. l. si patruus. q aut fecit noīe cōi ⁊ sic cōicabit aut fecit nomine ꝓprio ⁊ sic non cōmunicabit. l. titiū ⁊ meuiū. §. altr. ff. de admi. tu. quod vr ē nisi sit tutor vel curator alior fratr. q sic lucr quod fecit ex pria mercan tia ēpta de pecunia cōi debet esse cōe. licet nomīe suo fecerit. Aliud aūt lucr quod fecit de pecunia ēptionū iterata ⁊ noīe suo erit suū ⁊ nō cōicabit. Idē dic de illo qui negociatur de pecunia mino/ris aut ecclesie. ut i. l. si vt, ꝓponis. C. de rc. ven. Si Vo nescitur cui⁹ noīe fecerit. tūc si ꝓtinuauit negociū solitū cū alio fratre mortuo sup stitibus fi lijs fratris indiuisa substātia possidētibus sic vr cōi noīe fecisse. ar. l. nā ⁊ seru⁹. ff. ō neg. ge. §. si viuo. Si Vo fecit negociatōes isolitā sic ꝑsumet q noīe, ppio. nisi ex libro rōnū aliud apperet. cō cor. Bar. i. d. l. si patruus.

27 ¶ Qūo i dubio cognoscetur Jcta societatē taci/te iter frēs vel quoscūq alios qui simul stāt ita q oia lucra sint cōicāda. ff. fz Bal. i. d. l. si patru⁹ q quāuis nullus ipsor negocier. pōt tñ ex acti/bus appere socialis effectus. sicut ē iter nobiles q nō faciūt q̄stuarias mercātias: tñ quecūq sala/ria: q̄scūq dotes acqrūt i cōi ꝓferūt. vñ nēo pt ne gare eos ee sociales actus ex qbus ꝑsumitur ītē tio ⁊ volūtas vt dicūt Ja. de are. Rizar. ⁊ oldr. ei⁹ discipuli ad qualitatē ergo actuū ē recurrēdū Mā i talibus ꝑsumitur mēs qualis ex actib⁹ colli gi pōt. ar. l. duo frēs. ff. de acq. here. ⁊ l. reꝑben denda. tu magis es. C. de istitu. ⁊ substitu. Sili ter dico fz eūdē Bal. vbi. s. q ꝑsumitur Jcta si vn⁹ negociatur ⁊ alter quecūq sibi eueniūt puta ex redditu ꝓbende vel ex dotibus ⁊ huiusmodi: ponit i cōi: ⁊ ita faciūt hic ide. Itē ꝑsumitur socie tas ēt ex actib⁹ in vna mercātia vel arte ⁊ alter i alia vt i aduocatis ⁊ tabellionibus. Mā lucror. q cōicatio societatis ē Jctio seu ichoatio. Siliter di cit idē Bald. vbi. s. q si vnus hz curā dom⁹ ⁊ alius cēt aduocat⁹. vel alr lucraret ⁊ poneret in domū. vr Jcta societas. Idē dicit. si vn⁹ ē maior ⁊ alter minor ⁊ pupillus hz tutorē qui cōicat ⁊ ei cōicatur. Idē dicit q si actus sūt vniformes socie tas restringitur tñ ad questus q veniūt ex ipsis: sed i actib⁹ diformib⁹ ⁊ in se varietatē habentib⁹ ꝑsumitur societas gnāliter Jcta: nec ꝓfidero an vn⁹ pl⁹ lucretur ⁊ alter minus i hac generali soci etate: sed equaliter oia sunt pciēda. l. si soci⁹, ꝓ fi/lia. ff. pro socio. vnde, ꝓ clariori itelligentia nō. q societas tacita vel exꝑssa aliqñ ē oium bonor ⁊ tē ē qñ exꝑesse agitur q sint socij oiuz bonor: ut ē ter. i. l. iij. §. i. ff. pro socio. ⁊ i. l. cobiri. eodem. ⁊ isti tales cōicant oia que acqrūt ex quacūq cā la/borando vel negociādo siue ex donatis. siue ex le gatis: siue ex hereditate ⁊ huiusmōi. Itē stipen/dia que dātur militibus. l. q stipendia. C. de pro cura. ⁊ salaria quecūq habētur ex castrēsi vel q̄si l. cū duob⁹. §. idē papinianus. al ē lex. ff. pro so cio. Et i isto casu frater teneť maritare filias alte/rius fratris nisi aliud exꝑsse actū sit. l. si soci⁹, ꝓ fi lia. ff. pro socio. nō tamē tenetur cōicare que acqsi uit illicite neq teneť ad cōdēnatōem quā pro sua culpa alter, ꝓmeruit. Aliqñ ꝑbitur societas gene raliter ois questus vel q̄stus ⁊ lucri. qō tñ ē dice re sicut ois questus. l. sed ⁊ si additiať. ff. eo. de q̄ logtur. d. l. cobiri. cū gnq le. se. ⁊ isti cōicāt oia q̄ ꝓueniūt ex opa. i. solertia alteri⁹: sed nō donatio nē simplicē siue cā mortis. vel legata. l. hereditа tē. nec debita alteri⁹. nisi que fiūt cā questus. uel so cietatis. Aliqñ sūt socij certe rei. s. cōiuēdi qr vt uūt ad vnū panē ⁊ vinū vel certe negociatōis ut lucror q̄ cōsequūtur. licet in diuerfis negociatio nib⁹ vel opibus ex quibus lucrātur. quāuis ali/qñ alter ponat opam alter pecuniā. aliqñ vtrūq; de qbus. ſ. societas ꝓprio. Et ex ꝑdictis potes itel ligere optie istā materiā.

¶ Ponе q duo frēs rustici colētes terras vn⁹ 28
habet filios scidētes terrā alter nō. quo diuident fruct⁹, ꝓueniētes ex cultura. ff. fm Bal. in. d. l. si patruus. q diuidētur i capita. qr societas respi cit capita eor qui operas ponūt i societate. Istud limita vbr quo ad lucr quod debetur persone. fz quo ad lucr quod debetur bobus vel terre q̄ sūt cōia nō diuidetur per capita sed i stirpes. fm eū dē Bal. i quodā cōsilio. ⁊ Bar. i. d. l. si patru⁹

¶ Quid si sint duo frēs quor vnus posuit opā 29
alter pecuniā i societatē ⁊ casu oia cōbusta sūt. ff. fm Bal. vbi. s. q ille qui posuit operā teneť al/teri ad medietatē capitalis. p. l. si cū duobus. §. si icboanda. ff. pro socio. ⁊ ita ēt tenet Ja. de are. i. l. i. C. pro socio. glo. i. d. l. si patruus tenet Jcti un sed tu tene quod diri. societas. i. §. r.

¶ Vtr lucr vroris alterius fratris sit cōicādū. 30
ff. Bal. i. l. si vroē. C. ō Jdi. iser. ⁊ do. Ybal. de pusio in. l. cū duobus. ff. pro socio. q aut mu/lier eadē opa facit sicut boies in laborādo. ⁊ sic ip sa debet habere ptē lucri ⁊ diuidetur i capita. vt

ꝫ. dictum ē de filijs. Aut vxor exercet aliquā artem vel mercantiam vel ē obstetrix vel cirogicha ⁊ tūc si ponebat omnia lucra in cōmuni. ⁊ similiter viri ꝓtracta ē societas. quia mulier cū viro potest cōtrahere societatē. fm eundem Bal. in. d. l. fi vxorem. ⁊ sic lucra erūt cōmunia. Aut vxor tenebat separatum lucrum. vel ex alijs cōiecturis patet q; nolebat contrahere societatem. tūc de operibus cōmunibus ⁊ obsequialibus que fiūt a mulieribus in domo fm qualitatem persone. vt facere lectum. cochinam. ⁊ hmōi. non potest lucrum cōsequi: quia tenetur operari in domo in qua recipit alimenta. vt in glo. l. sicut. ff. de oper. liber. ⁊ Bal. in. l. gaio scio. in fi. ff. de ali. lega. ⁊ Ange. in. l. i. C. de legi. here. ⁊ in. l. si cuꝫ dotem. ff. solu. matri. imo si desisteret a talibus obsequialibus operibus ⁊ parue extimatiōis ꝓpter faciendā artem pars lucri talis artis deberet cōmunicari cū viro ⁊ alijs fratribus fm iudiciū boni viri. Dō limita verū nisi haberet alimenta iure legati: quia tūc non tenetur operari in domo dantiū talia alimenta. fm Bal. ⁊ Ange. vbi. s̄. Si aūt vltra talia obsequialia exerceat aliquam artem ⁊ in ipis lucretur potest sibi retinere tantū, ꝓpium ⁊ non cogitur cōmunicare. Dō no. ꝓ intelligentia eoꝝ que dico. ī. vxor. §. ij. Et qđ dixi de vxore idem dic de filiabus alterius fratris: excepto q; acquirēt patri. ⁊ solū illud lucrū erit eis adueniciū.

31 ¶ Vtrū fratres qui sūt socij omniū bonorum si vnus eoꝝ habet filias possit eas dotare de cōmuni. ff. Spec. tenet q; non. nisi sit pactū inter eos per. l. si socius, ꝓ filia. ff. ꝓ socio. Idē tenet ꝓpe. de perusio in. xiij. li. ꝓlioꝝ suoꝝ. Contrarius tenet Bal. in consilio qđ incipit factū tale. dominus Bbal. in. d. l. cū duobus arguens ꝓ ⁊ ꝓtra finaliter dicit q; quilibet potest adherere cui parti voluerit. Sed iudicio meo ꝓma opi. vī verior qñ nō sūt socij omniū bonoꝝ: sed qñ sūt socij omniū bonoꝝ vera ē secūda opi. ⁊ fm hoc ꝓcorda. p̄dictos. vt. s̄. xxvij. §.

32 ¶ Quid si vnus fratrū dotauit filias alteri⁹ fratris scientis ⁊ patiētis. ff. q; poterit repetere dotes qz vtiliter gessit negociū. Nec obstat q; extraneus dotando filiā alterius videt donare dādo dotem. l. ex morte. C. de pac. conuē. quia hoc verū quando solus hoc facit. Secus si cum patre simul faceret. ⁊ ita consuluit Bal. in dicto cōsilio. vbi. s̄. hoc intellige qñ nō ē ꝓtracta societas omniū bonoꝝ. vt. s̄. patet.

33 ¶ Vtrū cū fratres stant simul post mortem patris ⁊ vnus de fructibus laboꝝ suoꝝ. vel ō alijs bonis posuit in domo ꝓ cōmuni victu possit repetere illud plus in diuisione. ff. do. Bbal. vbi s̄. q; illi qui extant sūt sui nisi ꝓtracta sit societas i illis. Si aūt sūt ꝓsūpti tunc fi inter eos erat ꝓtracta societas cōuiuendi qz viuebāt ad vnū panem ⁊ vinū tūc nō habeꝫ cōsideratio ad illud plus: qz societas iure ꝓsumpti intelliguñ. vt ē casus i. c. si duo fratres de fratribus de nouo bene. inesti. in vsibus feu. ⁊ hoc nō ratione fraternitatis vel cohabitationis sed cōis mense fm Bald. in. c. si duo. qđ no. qz quotidiana in fratrib⁹ quoꝝ vn⁹ habet maiorē familiā altero. Si vero societas cōuiuendi nō erat inter eos. ꝓnta qz vnus minor inter quos nō ꝓtrahit. l. in conditionibus. §. fi. ff. ꝓ socio. vel alter furiosus vel ꝓdigus cui erat interdicta administratio vel monachus ⁊ similes. ⁊ tūc expense nō iputanꝫ inter fratres que sūt facte ꝓ alimētis nisi ꝓtesteꝫ q; non intendit donare. l. nēsenius. ff. de neg. gest. vel nisi qz reddit⁹ cōes erāt sufficiētes ad alimēta sed ꝓseruabat frumētū vt melius venderet. vel qz naturali charitate nō tenebaꝫ alimētare. ar. l. fi. ff. de pe. here. fꝫ Bal. in. l. filie cuius. C. fami. her. Item qñ ille qui fecit impensas erat pauperior. vt no. in. l. alimenta. C. de neg. gest. ꝓ Jaco. butri. ⁊ Bal. q; ꝓma charitas incipit a se ipō. l. presens. C. de serui. ⁊ aqua. Et sic Bal. in. l. si paterno. C. de nego. gest. tenet de rusticis quoꝝ vnus multa posuit in domo ꝓ alimētis q; pōt petē qñ in filijs alimētatis nō erāt ope aliqles correspōdētes alimētī. qz cōiter rustici sūt paupes quoꝝ oculus ē porcellus. vt dicit glo. in. l. illicitas. ff. de offi. p̄si. ⁊ raro habēt pecunias. vt dicit Bal. in. l. idez. C. locati. Jdeo nō ꝑsumiꝫ donare cū ipe nō habeat supflua qđ no.

¶ Vtrū cū vnus fratrū ponit lucra sua ꝓ reparatione cōmunis patrimonij. vel emit boues ꝓ colendis possessionibus cōmunibus possit illud repetere. ff. d. Bbal. vbi. s̄. q; sic exꝓresse p̄ter. in. l. ex duobus. ff. de neg. ge. ⁊ Bal. in. l. filie. C. fami. herci. 34

¶ Sunt duo fratres vnus legitimus alius spurius qui societatem contrahunt omniū bonoꝝ in vita patris ipoꝝ: queritur an moriente patre ei⁹ hereditas transeat etiā ad spurū. ff. Bal. in. l. i. C. ꝓ socio. q; sic nō vi successionis vel relicti sed iure societatis. qđ no. ꝓ cautela. tu qui vis spurium succedere in hereditate cuꝫ legitimo vt facias eos ꝓtrahere societatē in simul omniū bonoꝝ. 35

Pecunia aliquādo capitur largissime ꝓ omni re mundi. l. q. iij. totū. ⁊ in. l. nominis. ff. de ver. si. dicitur nominis pecunie appellatioue rem significare ꝓculus ait. vbi glo. rem. s. omnem que sit

vel eē possit in patrimonio. ⁊ sic rei appellatio la
tior ē q̄z pecunie. vt in. l. rei. ff. eo. q: res sacre ⁊
liber homo qui nō possūt eē in patrimonio sunt
res ⁊ nō pecunia. Sed stricte ⁊ ꝓprie pecunia ac
cipitur ꝓ pecunia numerata. xliij. q. iij. c. i. ij. ⁊.
iij. ⁊. ff. de le. i. l. talis scriptura. in ꝑn. Secūdus
etiam quattuor magros expositores regule beati
Francisci pecunia accipiť. ꝓ oi re qua qs vtiť ad
aligd ꝓ ꝑcio dādū: vñ dicūt q: nō licet fratribus
minoribus aliqua recipe quibus vtanť ꝓ precio
ad aliqua emēda.

1 ¶ Sed pone q: aliqs vult dare fratri minori alt
quā rē qua frat nō idiget nūqd potrit eaz recipe
vt vēdat ⁊ de ꝑcio alia necessariā emat. R. q: nō.
q: sic eēt recipe pecuniā sz bene pōt eā recipe alio
nūqz eā distrahēdi ipe sed ꝓcuratori ordinis assi
gnādi vt ipe eā vēdat vel in necessariā cōmuter:
q: sic nunqz ē pecunia q̄ ꝓhibeť in regula recipi
q̄z diu ē in manu eius: sed postqz ē assignata pro
curatori. Car. vero in cle. eriuit. §. porro. de ver
bo. si. dicit q: hodie denarij ⁊ pecunia ꝓ eodē ac
cipiūť ⁊ sic exponit verbū vel ꝓ. i. i ꝑdicta regu
la minoz. vt sit sensus nō recipiāt denarios. vel
i. pecuniā ꝓhibēdo cuiuscūqz generis monetā. sz
magis placet opi. quattuor magistroz.

2 ¶ Utrū mutuās. x. in auro teneať recipe in ar
gēto dñ ipō inuito vel in diuersa forma. puta flo
rētinos ꝓ senēsibus mutuatis. R. Pa. i. c. quā
to. de iureiur. colligēdo mētē Bar. in. l. Paulus. ff. ō solu. Aut mutuauit. x. libras in. iij. flo
renis. ⁊ tūc sufficit restituere. x. libras etiā in alia
moneta: q: videť extimatos illos florenos ꝓ de
cē libris vēdidisse ficut dicimus in dote cū traditť
extimata. l. cū dotē. C. de iure do. ⁊ idē dic in de
posito. Aut fuit dictū mutuo vel depono decē li
bras in florenis ⁊ piculuz ⁊ comodū ptinet ad de
bitorē seu depositariuz: vnde teneť restituere sm
extimationē existentē tpe solutiōis fiende. ar. d.
l. cū dotē. Aut fuit simpliciter factū mutuuz. puta
mutuo tibi centū florenos ⁊ tūc si ē passurus ali
quod dānū recipiendo in alia forma non teneť re
cipe. d. l. Paulus. Si vero nullū dānū ē passu
rus sic teneť vt in. d. l. Paulus. Sed in alia ma
teria nō teneť recipe: q: mutuū debet restitui i eo
dē genere ⁊ eadē bonitate. vt in. l. cuz quid. ff. si
cer. pe. ⁊ aliud ꝓ alio inuito creditore solui non
potest. l. ij. ff. si cer. pe. Consuetudo tamen ē vt
soluatur in alia materia ⁊ seruanda ē: quia videť
actuz q̄ ō est consuetū. l. q: si nolit. §. q assidua. ff.
de edili. edic. ⁊ consuluit Oldradus. In deposi
to autem considera si fuit actū vt pecuniam con
funderet cum sua. ⁊ idē dic q: de mutuo: aut tene
ret separatam ⁊ sic eā reddet ⁊ nō aliam in forma
aut materia.

Pedagium dicitur a pedibus da
tur eni a transeuntibus in locis ꝓstitutis a ꝓncipe: vel ab eo
qui habet super hoc auctoritatem. Buidagium
vero datur ꝓ ducatu per terram alicuius vt secu
rius vadat. Salinarium autem datur pro sale vt
s. possint emere vel vendere. Hec habenť in. c.
super quibusdam de verbo. sig. in gl. Vnde pe
dagium idem significat q: vectigal. vt no. domi
nus Pe. de ancha. in. c. q̄z. de censi. lib. vi. ⁊
soluiť qñqz solū ꝓ trāsitu ꝓsone vt ferrarie. Ali
quādo ꝓ rebus quas qs defert ñ vsus sui causa.
Tributū ē q: ꝓstatur fisco. ⁊ idem est q: census
vel pensio.

¶ Quis potest imponere pedagia: guidagia: ⁊ 1
saltnaria. R. q: ꝓnceps vel rex: aut ille cui a latera
nensi concilio fuit concessum: vel qui ex longa cō
suetudine de qua nō extat memoria in contrariū
hoc habet. vt no. in. d. c. super quibusdam. alś si
habentes auctoritatem ab aliquo ꝑfatoz exigen
tes sunt excōicādi de censi. innouamus. ⁊ de iure
ciuili sūt ppetuo exilio dānādi. C. noua vectiga. i
sti. nō po. l. vlti. Sed hodie ex quo ciuitates italie
habent merū ⁊ mixtū imperiū obtinuerūt ō facto
vt imponere possint ista pedagia. vt no. Jo. an.
⁊ Pa. i. d. c. sup quibusdā. Alij aūt qui de facto
imponūt seu imposita exigūt: nisi habeāt auctori
tatē ab aliquo ꝑdictoz rapinaz cōmittūt. Similit
nō sufficit q: vna ps ciuitatis ꝓsentiat: sed opoz
tet q: maior ps ꝑtim eoz quibus tāgit fm do.
Baspar. calde. in. c. fi. ō ma. ⁊ obe. facit. l. in cō
cedendo. ff. de aqua ⁊ plu. ar. Regula. Ad oēs
tāgit li. vi. ⁊ sic patet q̄ ē cā efficiēs.

¶ Utrū ꝑfata pedagia possint imponi ab habē 2
tibus potestatē sine iusta cā que pōt dici cā finalis
seu formalis. R. fm Ray. q: nō. ⁊ exigēs cōmit
tit rapinā si sine legitima cā imponit. Et causa le
gitima ⁊ iusta sunt publice necessitates: qs Bar.
in. l. vniuersi. C. de vecti. appellat stipendia. pō
tes publice. domus. defensio strate: ⁊ hmōi. fa
cit. c. si qs romipetas. xliij. q. iij. iūcto. c. innoua
mꝰ. de treu. ⁊ pa. ⁊ i. c. puenit. ⁊. c. cū apls. ō cē
si. ⁊. l. vectigalia. ff. de publi. ⁊ ibi ꝓ doc.

¶ De quibus debēt solui pedagia. R. q: solum 3
modo de his que cā negociatiōis vel mercimonij
deferunť. C. de vecti. l. omniū. vnde de his que
quis facit portare ꝓ necessitate ad vsum sue vite
⁊ familie nō potest exigi pedagiū. ⁊ nec valet con
suetudo in contrariū fm Jo. Ber. in. d. c. sup
quibusdam. imo vult lex vniuersi. C. de vecti. q:
decapitetur qui de rebus ad ꝓpriū vsum vel gra
ruris colēdi: vel ad se defendendū emptis vel de

latis exigit pedagiū: vnde in his fraudantes nō peccāt. Sed attende q̄ aliq̄ pedagiū dicitur etiā collecta que posset imponi sup̄ bonō in suos subditos ⁊ sic nō liceret fraudare. q̄ ex legitima causa imponit: sed forenses nō tenerentur. ⁊ h̄ dicit cā materialis.

4 ¶ A quibus possunt exigi pedagia. ff. q̄ ab oibus exceptis clericis ecclesijs ⁊ alijs ecclesiasticis p̄sonis ⁊ si quis a talibus exigit p se vel per interpositam p̄sonam si est persona singularis excōicatus est ipo facto. Si collegium vel vniuersitas ciuitat'. castri. vel ville subijcitur iterdicto donec restituerint extorta. Intellige dūmodo p̄fati non cā negociatiōis deferāt. hec habent in. c. q̄z q̄z. & cēsi. li. vi. Et quō indirecte possūt exigi. vide. s. immunitas. §. xxxviij. cū. iiij. §. sc.

5 ¶ Sed quid de imponentibus nona pedagia fine auctoritate legitima: vel augumentantes antiqua: vel exigentes iniusta: siue ex causa efficienti siue ex causa finali vel materiali. ff. q̄ raptores sunt ⁊ tenentur ad restitutionem eis a quibus extorserūt vel eoꝝ heredibus si sciunt eos: vel saltem pauperibus si eos ignorāt. ⁊ hoc de necessitate p̄cepti. c. si res. xiiij. q. vi. ⁊ hodie p̄ p̄cessū curie sūt excōicati excōicatiōe papali. vt. s. excōmunicatio. v. casu. xx.

6 ¶ Vtrū fraudātes pedagia vel guidagia peccēt ⁊ teneanꝫ ad restitutionē. ff. fm cōiter docto. in d. c. innouamus. ⁊ maxime ſſda. q̄ sic. si sūt legitima auctoritate imposita: vel ita antiqua q̄ de eiꝰ initio nō extat memoria. etiā fm Jo. si causa nō ē expressa a p̄ncipe cum ea concessit imponi posse Et etiam si ille qui recipit non facit id p̄ quo p̄sumitur q̄ sint concessa. dummodo nō constet q̄ p̄pter illud fuerint imposita: ⁊ sic transeunt communiter doc. Sed ego dico q̄ vbi imponētes talia pedagia nō laborant loco ⁊ tempore p̄ vniuersali vtilitate. s. viarū pontiū saluatione p̄sonaruꝫ ⁊ rerū iurta suū posse ad qō tenentur fm Archi. in. c. si quis romipetas. xxiij. q. iij. nō peccant q̄ ea defraudāt: sine mendacio tamen ⁊ piurio: nec tenetur ad restitutionē. Nec etiam credo peccēt mortaliter fraudātes q̄zuis p̄dicti laborēt i predictis p̄ loco ⁊ tpe. Ratio qiau cōiter sic instituunt s. statuimus q̄ qlibet soluat ⁊c. sub pena cadēdi i cōmissum si aliter inuēt⁹ fuerit. Et ideo istud statutū nō obligat ad mortale. vt. s. dixi iobedictia. §. i. nec ēt ad penaꝫ vt tz gl. in. c. fraternitas. xij. q. ij. nisi post p̄dēnationē: si obijcias q̄ dānificāt gabellas emētes ad hoc. ff. q̄ suū dānū: q̄ ita ⁊ sub ista conditione emūt vt vigilēt al's sibi imputetur. Si vero statutum ex quo imponuntur essz p̄ceptiuū sic haberet locum qō cōmuniter tenent doc. Si aūt non sunt legitima auctoritate imposita: tūc extranei. s. qui nō sūt subditi talibus imponētibus nō peccāt: nec in aliquo obligāt. Aduerte tñ q̄ pedagia nostri tpis sūt cōiter illicita. Vnde nisi ,pbēt legitime imposita debenms p̄sumere iniusta. c. q̄z q̄z. de censi. li. vi. ergo antecēz ,pbēt eē legitima stabo in p̄sūptione iuris. s. q̄ sint iniusta ⁊ sic nō tenear soluere. Et sic nota q̄ noua pedagia siue augmētatiōes factas nullus pōt exigere: nisi sit certus: q̄ sint iposita ⁊ ab habēte auctoritatē imponēdi ⁊ ex legitima cā ex quo ius p̄sumit oia fore iniusta. Verū ē q̄ subditus q cogereť ad ip̄a exigēda excusaretur in dubio pp bonū obedientie: sed nō illi q voluntarie ea exigunt. Nec excusarē eos a mortali peccato qñ de hoc aduerterent si ea volūtarie exigerēt. Als hoc nō aduertendo. s. q̄ ius p̄sumat iniusta nisi quatenus ,pbentur legitima nō peccat mortaliter: sed ad nullus tenebūtur ad restitutionem exactoꝝ si postea inueniēt̄ur non fuisse legitima. Subditi vero ob ligantur fm formam statuti quia in eoꝝ p̄iudiciū bene poterunt pedagia imponere. vt no. ſſda. i d. c. innouamus. quia potius tūc dicitur collecta q̄z pedagium. Quod limita verū qñ ,pter bonū rei publice fuerūt imposita aliter nō obligātur ni si qui consenserūt vt in regula qō omnes tangit. li. vi. Jtē nec extranei nec subditi obliganť quando sūt iposita ex certa cā. ⁊ constat etiā ab habēte potestatē iponendi. ⁊ ille qui exigit seu exigere facit nō implet causam ,pter quā sunt imposita imo peccat mortaliter ⁊ restituer tenetur: q̄ causa cessante cessat effectus. de appel. c. cū cessante. sane intelligēdo. s. loco ⁊ tpe debito: q̄ nō semp sz ,p semp illud tenetur facere. ,p quo ē pedagiū imposituū. Et hec oia intellige: nisi in nō soluēdo talia pedagia imineret aliquod scādalū: q̄ tūc indistincte teneretur quilibet ad ea soluenda. Cōsulo ergo p̄fessoribus q̄ videāt decreta dictoꝝ pedagioꝝ vt possint bonū iudiciū dare: vtrū sint obligatoria ad culpā vel ne. Jtē dic q̄ nimis grauati alijs impositiōibus vel qñ gabelle sūt nimis graues ⁊ sine necessitate nec ad vtilitatē cōis possunt fraudare sine peccato. similiť qñ iponēs nō habet iustū titulū dominij.

¶ Vtr xp̄iani teneāť soluere pedagia saracenis 7
⁊ alijs infidelib⁹. ff. fz Jo. q̄ nō tenenť nisi solū ad h̄ vt sustineanť i trāsitu per eos. ⁊ placet mihi ista opi. tz alij Jtrū teneāt ⁊ male: tū q̄ xp̄iani nō tenēť ad eoꝝ statuta. Limito tñ nisi exp̄sse ex pacto volūtarie ,ueniſſent cū eis ad soluēdū. Nam tūc si ip̄i seruāt fidē xp̄ianis xp̄iani tenēť ei seruare. xxij. q. iiij. inocēs. ⁊. xxiij. q. i. noli. bis p̄cor. Archi. in. d. c. si quis romipetas.

8 ¶ Vtrū exigentes pedagia seu exigere faciētes teneantur itinera tenere secura. ff. Bal. in li. de ꝓsue. feu. in ti. de his qui feu. da. possūt. in. §. ab batissa. ⁊ in ti. de pace iura. fir. §. cōuenticulis. ꝙ sic. Vnde addit ꝙ si fūt alique robarie in eoꝝ curia: territorio vel districtu ab eis possesso vbi exigūt pedagia a transeuntibus tenentur aut robo/ riā restituere aut malefactoꝛē exhibere. l. ne quid ff. de incē. rui. nau. Et ꝙ teneanť ad restitutionē integrā de spoliatiōe intelligo vex. qñ ex defectu eoꝝ venit nō faciēdo qđ facere tenenť. xxiij. q. ij. dīs. ⁊. q. v. administratores. ⁊. C. de appel. l. si appellationē. ⁊ sequit̄ Io. ⁊ Archi. in. d. c. si gꝛomipctas. nō tñ tenet exactū in pedagio restitu ere fm Io.

¶ Pena stricte ⁊ ꝓpꝛie ē dumtaxat illa que est coꝛporis afflictiua. ⁊ iō appellatione pene nō venit pena pecuni/ aria vel extra coꝛpus fm Pa. in. c. inter alia. de immu. ec. ⁊ ibi ē tex. vbi dicit ꝓfugiēs ad eccleſiaꝫ nō debet cōdemnari ad penā. ⁊ tñ postea dicit ꝙ legitime puniēdus vbi ē glo. puniēdus. s. pecu/ nialiter dūtaxat vel alia pena ꝓter coꝛporalem. xvij. q. iiij. reū. ⁊. c. id ꝓstituimus. Sed large accipit̄ ꝓ omni eo qđ minuit̄ de patrimonio vel ꝓ/ uat ab aliquo legitimo. Be. tū in. c. fi. de elec. li. vi. dicit ꝙ ꝓstitutio ꝓpꝛie est penalis que ꝓuat iure quesito. vt in. c. si religiosus. eo. ti. ⁊ li. ⁊ ita pena ē que punit ⁊ vindicat qđ quisq; cōmisit. vt i c. pnia. de pe. di. iij. vide glo. in. c. dispendia. de rescrip. eo. li. Et ideo illa lex ē penalis ꝓpꝛie que ꝓ vindicta ledit vel in psona vel in alio quekto. vt in. d. c. dispendia.

1 ¶ Vtrū cū quis petit interesse qđ passus est. vel ꝙ restituatur iniuste ablatū penā petat. ff. ꝙ si ille a quo petit eā habuit rē quā petit. tūc non est pena: nec ex parte actoꝛis: nec ex parte rei. Sꝫ si eā nō habuit puta quia petitur interesse nūc ex parte rei est pena sed non ex parte actoꝛis. Si vero peteretur ꝙ actori nō abest nec reo aduenit sic ē pena ex parte vtriusq; Et ideo solū quando ē pena ex parte vtriusq; vel saltem ex parte actoꝛis habꝫ locū illud qđ dicitur. ꝙ pena nō ē soluenda in foro anime nisi post condemnationem in glo. xij. q. ij. fraternitas. qđ no. qꝛ facit ad multa elicitur a Pa. in. c. finē. de do. ⁊ ꝓtu.

2 ¶ Quotupler ē pena. ff. vi. Prima dicitur canonica vel legalis que imponitur a iure canonico vel a legibus. de qua in. c. statuimus. xvi. q. i. Et hec pōt exigi tā a clericis qꝫ a laicis fm Pa. in. c. dilecti. de arbi. facit. c. si quis ꝓtumar. ⁊. c. seq. xvij. q. iiij. Nā qđ fit lege pmittēte nō ē peccatū. xxij. q. iij. q peccat. l. gracus. C. de adul.

¶ Sed quid si nō petatur tenetur ne in foro anime illam soluere. ff. ꝙ aut imponitur ipō facto. ⁊ sic fm Bal. in li. de vsi. feu. in ti. de feudis. ꝙ lꝫ non fit necessaria sententia ad esse. est tamen necessaria ad executionem esse. ⁊ sequitur Archi. in c. felicis. de pens. lib. vi. dicit ꝙ licet etiam talia bona transeant in dominium fisci ⁊ desinant esse criminosi. sicut in bonis heretici. ⁊ illius qui cōmisit crimen lele maiestatis etiam sine sententia. Tamen necessaria est postmodum sententia que declaret eum criminosum anteq̄ꝫ excussio fiat bonorum vel alia executio. facit aut. de incestis nu. §. i. ⁊ in. c. qui fm leges. in fi. de here. lib. vi. facit quod notat Bal. in. l. iubemus. §. iconomus C. de sac. san. eccle. ⁊ Bar. in. l. diuus. la secunda. ff. de custo. ⁊ exhi. reo. ⁊ Butri. in. l. raptores. C. de epi. ⁊ cle. vbi volunt ꝙ requiritur processus declaratoꝛius persone bānite anteq̄ꝫ deueniaŧ ad excussionē bonoꝝ. lꝫ ipō iure sint cō fiscata. Item glo. in aut. de tabe. §. penultimo. q̄ vult ꝙ licet tabellio a iure sit ꝑpetuus officio. tamē sine sententia hominis valent instrumenta. Et hoc sequitur Pa. in. c. cum non ab homine. de iudi. Sed limitat verum. nisi factum eēt notoriū quia in certis non est opus coniecturis. Intelligo ita notoꝛium ꝙ nulla possit tergiuersatione celari. Et ex hoc patet ꝙ in foro anime non tenetur eam soluere ante sententiam. nec etiam lꝫ sit notoꝛium anteq̄ꝫ fiat excussio dictoꝝ bonoꝝ: qꝛ non tenetur illa exhibere. nisi sibi precipiatur. vl ab eo petantur cui competūt. Nec quis posset ea auferre. nisi precedat sentētia declaratoꝛia. vt patet per ea que diri. s. asa finus. §. vltimo. Sed hic aduerte ꝙ quando talis pena applicat bona alicuius alicui. puta fisco vel alteri ipō iure. ꝙ lꝫ talis ante sententiam non teneatur vt diri dare. tamen non poterit ea titulo oneroso in alium transferre: neq̄ꝫ fructus etiam talis rei. Ratio quia si condemnaretur per sententiam fiscus vel ille cui fuerant applicata. vendicaret ea a quocūq̄ꝫ cum fructibus medij temporis. nec teneretur restituere precium nisi aliquid loco precij inueniaŧ apud alienantem vel ipm preciuꝫ. vt in dicto. §. i. ⁊. c. cum fm leges. facit. l. si cum dotem. §. vlti. cū. l. se. ff. solu. matri. Et ideo ne sit causa damni illius cui alienat non potest fm conscientiam ⁊ etiam sine peccato mortali. nisi alienasset ꝓ necessitate vte. vt ꝓ comedēdo ⁊ huiusmodi. quia fm Bar. in. l. post. ff. de dona. talis administratio bonoꝝ necessaria vt ē supradicta nō est prefatis interdicta. sed solū voluntaria. allegat. l. res. ff. de solu. l. peto. §. predū. ff. de lega. ij. ⁊. l. alienationes. ff. fami. her. nisi als esset soluendo ꝓ damno datoꝛ

5

vel nisi ei reuelaret conditionez rei ita esse: si mō tale delictum ꝓpter quod sua bona sunt fisco applicata potest aliquo modo ꝓbari. Sed si esset taliter improbabile posset alienare etiam ti. onerosō. ¶ Ti. autē lucratiuo alienare bene posset. Et sic intellige ꝛ limita Bal. vbi. s. ꝛ i. d. §. Iconomus. ꝛ ſſa. in. d. c. cum non ab homine. ꝛ Jo. an. in. c. ꝓ humani. de homi. li. vi. i nouella. ¶ Si vero pena non imponitur ipō facto sed venit imponenda sic similiter non tenetur ante condēnationem. l. eius qui delatorem. in ꝑn. ff. de iure fisci. ꝛ ante cōdemnationem potest disponere quo modocūq; vult. quia eius est res sua. licet possit ea ꝓbari. Et no. fm Bar. in. l. fi. ff. de penis. ꝛ l. in honorarijs. ff. de ac. ꝛ obli. q; hec pena in iudicio nō potest exigi post annum sed solum infra annū postq; qs eā incurrit. Et hoc intellige qñ ē mere pena tā ex pte actoris seu cui applicat. q; ex pte rei. ꝛ fm hec tene glo. in. d. c. fraternitas. ꝛ illud serua lz aliqui aliter sentiant ꝛ male.

4 ¶ Vtrum ad incurrendum penam que ipō facto imponit negatiue requiratur monitio. ℟. In no. in. c. extirpande. de ꝑben. q; non incurrit ante monitionē. ſſa. ibidem tenet q; nō requiritur sed ipō facto incurrit. Est glo. in. l. i. C. de his q bus vt in di. ꝓ qua Bar. in. l. in cognitiōe. ff. ad fileia. ꝛcludit q; pena appositа nō vindicāti morte defuncti ipō facto incurrit quo facultatē habuit vindicādi ꝛ nō vindicauit. Est etiam glo. in cle. i. de here. ꝛ bonus ter. in. c. cupientes. post ꝓncipiū. de elec. li. vi. Sed tu ꝛcorda q; opi. Jnnoc. quā etiam tenet Jo. an. in. c. licet. de elec. li. vi. ꝛ multi alij. ē vera qñ ius nō ꝑfigit terminū. Si vero ſſa. ꝛ Bar. intelligit vbi ius ꝑfigit terminū: q; tunc terminus interpellat ꝓ homine. c. potuit. de locato. ꝛ sic concordat Be. in. d. c. licet. Sed vbi ius imponit penā affirmatiue ipō facto sic nō requirit monitio. Et nota q; tūc dicit imponi pena negatiue quando ponitur contra omittentem siue nō facientem quod facere tenetur. Affirmatiue vero ponitur quando infligitur committenti seu facienti aliquid q; non est faciendum. qō bene nota.

5 ¶ Vtrū pena imposita a iure in vno videatur posita in alio qñ illa duo in iure equiparant. ℟. q; sic p tex. cū glo. in. c. si postq; in fi. de elec. lib. vi. facit glo. in. c. i. de postu. ꝓcla. qui dicit q; dispositio etiā penalis ꝓcepta in electiōe ꝓcedit etiā in postulatiōe: q; ꝓ postulationē ꝓuenit ad electionē. l. oratio. ff. de spon. sequit hoc ſſa. in. c. de multa. de ꝑben. ꝛ in. c. fi. ō mutu. peti. Sed ego in fauorabilibus habeo ꝓ indubitato q; dispositio ꝓcepta in vno extendat ad aliud qñ equiparatur. per aut. itē si quis liberos. C. de naturalibus lib. vbi pater vnū filium naturalē in aliquo legitimo documēto appellās simpliciter filiū naturalē legitimasse videtur oēs alios filios naturales qui confratres sunt: q; habēt eandem conditionem. Sed quo ad penā ē glo. singularis in contrariū in cle. i. de consan. ꝛ affi. que dicit q; pena apposita ꝓtrahentibus matrimoniū nō extendit ad ꝓtrahentē sponsalia. vnde dic q; qñ aliqua duo in iure sūt parificata cōmuniter. ꝛ ē eadē ratio exꝑssa. tūc statutum in vno extendit ad aliud etiam in penalibus. sed quando non sūt cōmuniter parificata sed solum in aliquibus casibus tūc non extenditur. Similiter lz ratio sit eadem tamen non extendit pena sed solum ꝓhibitio nisi ratio sit expressa quia tunc extendetur etiam quo ad penam. vt. s. diri lex. §. vi. Et sic intellige glo. supradictas ꝛ limita ꝛ gl. in cle. vnica. de officio vicarij. Et glo. in. c. ꝓstitutionē. de regula. li. vi. ꝛ glo. in regula q̄ a iure. de re. iur. li. vi. ꝛ sic ꝛcorda.

¶ Vtrū pena que imponit ipō iure habeat locū 6
in eo q; ꝓuenit ad actū ꝓpinquū delicto. ℟. ſz ſſa. in. c. i. de eo qui mitti. in pos. q; nō nisi perfecerit actū. lz alii sit puniendus arbitrio iudicis. qō ꝓbatur in. c. cū in cūctis. de electio. iūcto. c. ꝓpterea. ti. li. vi. ꝛ ibi glo. Secus de pena que venit iponēda p decretū iudicis. q; sic punit ac si perfecisset ex quo peruenit ad actum ꝓpinquum. vt in l. si quis non dicā rapere. C. de epi. ꝛ cle. ꝛ l. iis q cū tello. C. de siccarijs. Hoc tū non haberet locū in penis p statutū impositis. q; verba statuti exigūt actum perfectum. Jta no. Bart. in. d. l. iis q cuz telo. ꝛ ideo non sufficeret inchoasse. Aduerte tamē fm ſſa. in. c. Raynaldus. de testa. q; icurritur pena posita cōtrauenientibus alicui facto ex sola conuentione de facto q̄z q̄z nō habuerit iuris effectum. vt patet in. d. c. Raynaldus. ꝛ etiam si contradicit de iure. l. nuda. C. de contrahē. ꝛ co. stipula. Jtem no. Bar. in. l. quicūq;. C. de ser. fugi. q; vbicūq; de pena capitali vel corporali loquimur subintelligit dolus. ff. de in lite iur. l. ij. ꝛ in. l. in actionibus. ꝛ insti. de suspec. tuto. §. sus spect⁹. Secus in pecuniarijs penis. vt. C. de no xa. act. l. si serui. Jtem tenet Sali. in. l. penul. C. ad. l. cor. de ficta. Jdem Bal. in. l. data opera. C. qui accusa. non po. Jdez ſſan. de ca. in. l. i. C. vbi sena. vel cla. facit gl. in. l. quid ergo. §. ex cōpromisso. ff. de his qui no. infa. ꝛ glo. in. l. ꝛ si senior. C. ex quibus causis infa. irroga. Et ibi Bal. dicit q; cōmittēs p lasciuiā. puta currendo equū homicidiū non debet occidi. lz statutū dicat q; homicida decapitetur.

¶ Vtrum sufficiat ad obseruantiā legis soluere 7

penam solum quãdo ꝓhibet sub pena. ℟. vt. ſ. inobedientia. §. i. Et illud serua in conscientia. i foro autem contentioso sufficit. facit glo. in. c. di/lecti. de arbi. ⁊ in auſ. de iudicibus. §. quia vero vbi patet q̃ pena soluta que erat in compromisso non potest peti vt ſtetur sententie nisi addatur vt soluta pena ſtetur arbitrio. ff. de transac. l. penul. ⁊. C. co. l. cũ ꝓponas.

8 ¶ Secũda pena dicitur consuetudinaria de qua in. c. dilectus. de offi. ordi. sed hodie nõ ẽ in vsu: sed si esset in aliquo loco posset exigi etiã a religiosis vt ibidem.

9 ¶ Tertia pena dicit ꝓtumacie. Hec de iure ciuili petebaꝫ vt in. l. ij. ff. de colla. bo. ⁊. C. de mo/do mulcta. l. illustris. sed de iure canonico nõ potest peti a pte nisi quãtũ ẽ interesse suũ. c. i. de do/to ⁊ ꝓtu. vel nisi petaꝫ ad satisfactionẽ iniurie. vt in. c. olim. de iniurijs. Iudex tamen si habet potestatem mulctandi sicut habet ordinarius: vt in l. ij. in fi. ff. de iudi. bene poterit exigere.

10 ¶ Quarta pena dr iudicialis. ⁊ hec põt peti sicut cũ qs obligauit se sub pena. x. ad ꝓbandũ ali qd in. c. cũ dilectus. de elec. sed hec nõ petit a clericis ⁊ a religiosis nisi ꝓ interesse suo.

11 ¶ Quinta pena ẽ arbitraꝛ. ⁊ hec petit ab eo qui nõ seruat arbitriũ. c. dilecti. de arbi. ⁊ h̃ potest peti a quocũq; vt in. d. c. dilecti. ⁊ ibi glo.

12 ¶ Sexta pena dicit ꝙuẽtionaꝛ quã ptes ex iudicio inter se iponũt. ⁊ peti põt quãtũ interesse. l. p̃dia. ff. de ac. empti. ⁊ vẽdi. ſm Io. ⁊ do. Ant. in. d. c. dilecti. Sed ſm Inno. in. c. suã. de penis ⁊ ſpa. in. d. c. dilecti. põt etiã peti si excedat interesse: nisi sit in fraudẽ posita: sed non credo a clericis vel religiosis: secus a laicis ⁊ p̃sumit in fraudẽ vsuraꝝ posita qñ simpliciter ẽ posita sup ꝓmissione quãtitatis. vt in. l. cũ allegas. C. de vsuris. ⁊ ibi p doc. ⁊ in. l. iulianus. §. idẽ ſpapinianus ff. de ac. empti. ⁊ vẽdi. ⁊ Bar. in. l. rogasti. §. i. ff. si cer. pe. ⁊ canoniste in. d. c. dilecti. Secus eẽt si apponeret sup facto. vt i dictis iuribus. Similiter nõ p̃sumeret in fraudẽ qñ ꝓmittit quãtitas ⁊ postea factũ. ⁊ vltimo pena ſm do. Anto. in. d. c. dilecti. ⁊ allegat Butri. in. l. cũ filius. ff. de cõdi. ⁊ demõ. ⁊ Bar. in. d. §. i. ⁊ eã sequor nisi contrahẽs eẽt vsurarius: q̃zuis Jo. an. in addi. ad Spe. teneat q̃ p̃esumitur in fraudem. ⁊ allegat Dy. in. d. l. cuꝫ filius. Et vt intelligas pono tibi exemplũ. ꝓmitto tibi soluere centũ. ⁊ nisi dedero dabo tibi. x. ꝓ pena. sic p̃sumit in fraudem. quia super quantitate. Aliud exemplũ. ꝓmitto tibi facere domũ: portare ligna: ⁊ nisi fecero soluaꝫ penã. sic non p̃sumit in fraudem: q̃ ẽ super facto. Aliud exemplũ ꝓmitto tibi centũ in tali termino ⁊ ꝓmitto venire ad iudicẽ ⁊ recipe p̃ceptũ de solũdo vel dãdo pignora. ⁊ si nõ fecero ꝓmitto tibi soluere penã: sic nõ p̃sumit: q̃ lꝫ sit ꝓmo quantitas. tũ post ẽ factũ ⁊ vltimo pena.

¶ Utrũ ille qui ex impotẽtia nõ facit ad qđ obligat sub pena euadat. ℟. q̃ si loquimur de pena iuris vel statutoꝝ. sic ẽ clarũ q̃ nõ incurrit. Idem dic de pena iudicis generaliter imponentis penã puta excõicatiõis. ſm ſfede. ꝓsilio. dcccxiij. ⁊ seq tur ſpa. in. c. ſpd. ⁊. B. de offi. deleg. quia verba generalia debent intelligi ciuili modo. ar. l. si cui. ff. de serui. ⁊ in. l. ratũ. ⁊ in. l. q̃d dicimus. ff. de solu. Si autem spãliter imponit penam. puta nisi cõpareas tali die excõmunicote. tũc ſm ſpa. in. c. cũ super cã. ō testi. co. si ex sinia aperte ꝓstat q̃ iudex voluerit eũ ligare: siue posset vel nõ. sic cũ sinia sit nulla cũ contineat intollerabilẽ errorẽ nõ ligat. c. per tuas. de sen. exc. similiter nõ ligat si appet q̃ nõ voluit ligare ipotentẽ. puta q̃ dicit si contẽpseris vel si distuleris cõpere ⁊c: q̃ non potẽs nec ꝓtẽnit nec differt. vt dicit gl. in. c. q̃s sit de elec. lib. vi. Si vero nõ põt ppendi mens iudicis sic quo ad deũ nõ ligat: sed quo ad ecclesiam ⁊ nos. ⁊ sic intellige glo. in. d. c. vnico. iiij. q. v. ⁊ in. d. c. cũ sup cã. sed tũ ꝓbato ipedimẽto nulla indiget absolutiõe ſm Hosti. ⁊ Spe. ⁊ placet ẽt ſm ſpa. in. d. c. cũ super cã. si esset sinia pape: q̃ debemus p̃sumere q̃ noluerit eũ ligare. ar. c. vt nostrũ. vt ecclesiastica beneficia. ⁊ sic non esset irregularis lꝫ celebraret. qđ bene nota. Si aũt loq̃mur de alijs penis sic certũ ẽ q̃ in foro anime peti nõ possũt ſm Sco. in. iiij. di. xv. q. ij. nisi quã tũ interesse ipotat. facit. c. significãte. de pigno. ⁊. c. ij. de ꝓsti. ⁊. c. ex lris. de in integ. restitu. Et ad. l. incendiũ. C. si cer. pe. que vult vt incendiũ nõ liberet qñ quantitas ẽ in obligatione: q̃ cũ obligatio sit in genere. vt. ff. ad. l. fal. l. in rõne. §. diligenter. totũ genus perire nõ põt. ℟. q̃ qñ consistit in genere obligatio. verũ ẽ q̃ obligatio ex impotẽtia nõ extinguit. lꝫ liberet a pena. ꝓpterea dicit Ang. in. l. rescriptũ. in ꝑn. ff. de pac. q̃ etiã si teneamus q̃ fiscus habeat tacitã hypotecã in malefitijs ꝓtra delinquentẽ nõ tñ ꝑcret creditoꝛib? imo creditoꝛes ꝑferuntur ei allegat tex. cum sua glo. in. l. vnica. C. de penis fisci. Ratio q̃ talis tractat de lucro captando: ⁊ creditoꝛes de damno vitando. facit. l. fi. §. licẽtia. C. de iure delib. ⁊. l. vnica. C. de impo. in. descrip. ⁊. l. fi. C. de codi. q̃ nota bene ꝓ exigentibus penã vltra interesse suũ ab illis qui sũt nõ soluendo: q̃ tenent restituere eam creditoꝛibus.

¶ Quid si obligatus sub certa pena ad aliquid faciendũ vel dandũ ꝓ parte iplenit ⁊ ꝓ parte nõ 14

ex culpa sua. ℟. ℣da. in. c. suaz. de penis. q; si obligatio est diuidua nō cōmittit penaz nisi ꝑ parte non soluta. Si vero est indiuidua sic soluet totam penam etiam de iure canonico. Et quādo dicatur obligatio diuidua est qñ solutio partis ꝑ se valet quo ad partez tantum quantū totum ad se totum. Indiuidua vero dicitur qñ non valet illa pars per se. Exemplū ꝓmuto tibi scribere bibliam ⁊ decretum, sic si scripsi soluz bibliam non solnam penam in totum: quia obligatio est diuidua quia biblia per se valet ſm totum suum. secus si ꝑ misisset scribere bibliam ⁊ scripsi quattuor quinternos certe non valet ꝑ biblia. ⁊ ideo obligatio erit indiuidua quia ad nihil per se valere possunt sine alijs. de hoc plene nota in. l. stipulationes nō diuiduntur. ff. de verbo. obliga. ⁊ in. d. c. suam. vbi addit glo. hec vera quo ad penam que cōmittitur in non dando vel non faciendo. Secus qñ quis debet recipere. puta legatum vel hereditatē si fecerit vel soluerit: q; nisi totū faciet nō habebit. vt in. l. meuius. ⁊. l. cui fundus. ff. de cōdi. ⁊ demon. de quo vide plene in. l. si seruus. ff. si qs cautio.

15 ¶ Utrū statuta sint licita que solū imponunt pecuniariam penā ꝑ homicidio: adulterio: ⁊ hmōi ℟. Hosti. ⁊ sequitur ℣da. in. c. ij. de delic. pue. q; nō. quia homines exponuntur venales ad delinquendū: q; multi bene timent cruciatus q; non timent penam pecuniariā: vt habeant suum intētū. ar. l. in seruoz. ⁊ in. l. aut facta. ff. de penis. ⁊ in auc. de māda. ꝑn. §. oz.

16 ¶ Utrū ꝓmittēs sub certa pena hꝫ ratū cōmittat penā Zueniēs de facto. ℟. ſz Bar. in. l. id qđ paupib⁹. C. de epi. ⁊ cle. q; non. Secus si ꝓmisisset habere ratū ⁊ firmū: q; ratum refert ad ius. ⁊ firmū ad factū. vt in glo. d. l.

17 ¶ Utrū tempus ꝑfixū in odiū negligentis curat ignoratī: vel legitime impedito. ℟. ſm ℣da. in. c. q; diuersitatē. de ꝓcef. ꝑben. q; non. Secus qñ ꝑfigitur in odiū alterius vel fauorem. vt patet in. l. genero. ff. de his qui no. infa. vbi temp⁹ anni currit mulieri ignoratī mortem mariti. ⁊ vide glo. in. c. statutum. de ꝓben. lib. vi. Et no. Spe. de edic. instru. vbi dicit q; ſz executor testamenti non potuerit exequi infra annū nihilominus executio deuoluit ad epm. ar. l. nulli.. C. de epi. ⁊ cle. ⁊. c. nos quidem. de testa. rō q; est in fauorem defuncti.

18 ¶ Utrū iudex possit augere vel minuere penaz legis vel statutoz. ℟. ſm Jo. in. c. in archiepatu. de rapto. q; si ꝓcedit extraordinarie sic potest. l. quid ergo. ff. de his q; no. infa. Si vero ꝓcedit ordinarie sic nō pōt iudex delegatus. vt no. in. c. de causis. de offcio dele. Judex vero ordinarius potest ex causa mitigare. vt not. Bar. in. d. l. qđ ergo. ⁊ sequitur ℣da. in. c. ij. de emptio. ⁊ vēdi. facit. c. ar si clerici. de iudi. Ber. vero in. d. c. de causis. ⁊ de accusatiōibus in. c. sup his. dicit hoc verū quando potest dispēsare super crimine. alis non potest minuere etiā ex causa. Nota tamen q; qñ quis pluribus legibus ꝓ eodem delicto diuersis penis potest puniri si ab aliquo iudice imponitur ei minor: nō poterit aliquo modo puniri alia pena. vt in. l. qui de crimine. C. de accusati. ⁊ ibi Ange. ⁊ Sali. in. d. l. qui de crimine. Vncle tenet Tho. xxij. q. lxvij. q; si dimittit penam in casu quo non potest tenetur ad restitutionem cōitenti vel accusatori si intererat eius vt puniretur. Si vero aurū tenetur reo: cum quo concor. Hosti. ⁊ Ray.

¶ Utrū exigentes penam maiorem q̄z sit dam- 19
nū illatū excusentur. ℟. ſm Rodoſi. q; si ſm consuetudinē legitimā ⁊ iudiciū regis exigūt excusantur etiaz ꝑsone ecclesiastice qñ subest cā ⁊ ordo in ris seruat: nec ē corrupta intentio. vt. ſ. hoc faciāt ꝓpter auariciā: sed ꝓpter iusticiā. Tutius tū cēt pauperibus erogare illud plus.

¶ Utrū pena appoſita sup ℣cto nullo vel q nō 20
tenuit vel ipo iure vel ꝑ sniam iudicis reuocat⁹ ē sit soluēda. ℟. Jnno. i. c. ij. de ꝑcarijs. q; nō. q; vbi ꝑncipale nō tz nec accessoriuz. c. int dilectos. §. cetez. de fi. instru. c. si diligenti. de fo. cōpe. c. querelā. ne ꝑla. vices suas.

¶ Cui debet applicari pena. ℟. q; pena iuris ⁊ 21
statutorum regulariter applicatur fisco. quando introducit accusationem. l. multarum. C. de mō multa. Sed quando introducit actionem applicatur parti. l. ij. ff. de sepul. vio. Similiter qñ loquitur simpliciter videtur introducere actionem ar. d. l. ij. De alijs autem pena tenet Bof. q; si ꝓngit dānū vel iniuria alicuius illi applicabitur. de pe. c. ij. Si vero nō respiciat damnū alterius sic applicabit vel pti si est conuentionalis vel iudici vel fisco ſm q; de ea est statutum.

¶ Utrum pena imposita simpliciter sine ꝓfi- 22
nitione temporis sit perpetua. ℟. ſi. ℣da. in. c. ex litteris. de consti. q; pena imposita ꝓpter crimen sine cause cognitione. puta ꝓpter interlocutoriā iudicis intelligitur temporalis: ⁊ durat solum durante eius officio: vtputa interdicit officium vel exercitium alicui. ter. no. ſz cōmunem intellectū in. l. fina. ff. de pe. Idem not. Jnnocen. in. c. q; translationem. de officio lega. qđ limita in pena successiua: quia momentanea pena est perpetua: puta multauit in pecunia aut in corpore: ⁊ huiusmodi. facit. l. illicitas. in fine. ff. de officio ꝓfi.

Si vero fuit imposita cū cause cognitione. ⁊ delictum merebatur erit ꝑpetua. Secus si delictū nō merebatur. ar. optimuz i. l. si ꝑses. ff. de pe. ⁊ fuit dictum Oldra. qđ sequuntur cōmuniter doc. in. d. c. exlris.

25 ¶ Vtrū pena extendaꝫ extra territoriū ipm ipo nētis. ſ. ſſda. in. c. postulasti. de fo. cōpe. q aut respicit psonam sicut infamia, excōicatio. interdictū. ⁊ hmōi. ⁊ sic cū sint affectiue psone ponigunt effectū suū extra territoriū etiā qr sequunt eum. si cut lepra leprosum. l. ex ea. ff. de postulā. ꝑ qđ dicit Bar. in. l. qui vltimo. ff. de pe. q semel cō/dēnatus ad morte q̄zuis effugiat. nihilomin⁹ re/manet seruus pene vbicūq̄z fuerit. ⁊ ideo nō po/terit facere testm nec ꝓtrahere ⁊ similia. facit. d. l. q vltimo. ⁊ in auſ. hodie. C. de dona. inter vir. ⁊ vro. Aut respicit certū locū. puta ne vadat ad talē locū. vel vt moreꝫ in tali loco. ⁊ sic non ponigit extra territoriū. nisi p quandaz ꝓsequentiā. puta qr detētus in tali loco. interdictus ē etiā ei locus originis. q̄zuis sit extra territoriū. de quo dic vt i l. relegatoꝝ. §. i. ⁊. §. interdicere. ff. de interdictiſ. ſſper quā. l. dicit Bar. q nō pōt ciuitas iponere suo ciui vt moreꝫ in tali loco nō subdito. nec etiaz pōt interdicere ne vadat ad talē locū nō subdituz ⁊ hoc qñ fit in penā illius ꝓtra quē ferr̄ snia. Se/cus si fit statutū ne subditi vadāt ad talē locū non subditū pp comoditatē ciuitatis. vel in odiū coꝝ ad quos iret qr valet. facit. l. fi. ff. de decre. ab or/fa. Aut respicit certā artē. puta q nō exerceat ta/lē artē. ⁊ sic nō ponigit extra territoriū. vt ē bo/nus ter. in. d. l. ex ea. q quā dicit Bar. in. l. cun/ctos populos. C. de sū. tri. q statutū ꝓtinēs ꝓhi bitionē odiosam nō ponigit in dubio extra terri toriū. Et ideo dicit q filia que ex statuto nō succe/dit. cū tale statutū sit odiosuz. l. maximū viciū. C. de libe. pnete. q nihilominus pōt succedere i bo/nis alibi sitis. Et similiter puto q snia p̄nās ali/quē beneficijs suis in dubio intelligeꝫ de benefi/cijs que hz in territorio disponētis. Aut respicit bona. puta qr publicat ea. ⁊ tunc si fit de iure cōi. sic ponigit ad bona sita extra territoriuz. ⁊ rema nēt ibi tanꝫz vacātia. sed occupanꝫ p iudicē territo/rij. ar. l. a diuo pio. §. i. ff. de re. iudi. ⁊. l. cum vnus. ff. de bo. aucto. iudi. pos. Si vo fit de re spāli. tūc dic vt no. Bar. in. d. l. cunctos popu los. ⁊ qđ no. Jo. an. in. c. cū secūdū. de here. lib. vi. vbi concluditur q pena non extenditur vltra territorium.

24 ¶ Vtr̄ gs possit puniri i loco domicilij de delicto alibi cōmisso. ſ. ſſda. i. c. iz. de fo. ꝓpe. q sic nisi requirat remissio p iudicē delicti quā dz face re si delictū ē atrox. alꝫ nō si non vult.

¶ Vtrū mādās delictū fieri in alio loco debeat puniri vbi mādauit. vel vbi cōmissū ē. ſ. ſſda. i d. c. licet. q cōis ꝓclusio Bar. ⁊ alioꝝ est in. l. si vt ꝓponit. ff. de fideiuſſ. q vbi delictū factū ē. qr ibi destinatus ē effectus delicti. facit cle. pastoraſ. de re. iudi. Jdez dicas in teste falso q dz puniri p iudicē ad quē eius attestatio transmittit. si sciebat illuc debere transmitti. ſſpotest tū puniri in loco vbi deliqt. ⁊ locus erit ꝑuentioni si ambo iudices ꝓcurrāt. sicut de illo q de loco exempto mittēs sa gittā. vulnerauit alium in loco nō exempto. vt in c. i. de ꝓsūptī. ⁊. qđ ibi no. Sic similiter ille q deliqt in ꝓfinibus. qr vez ē dicere in cuiuslibet territo rio deliquisse. arg. l. arbor. ff. cōi diuid. Secus si ignorabat illuc attestationē trāsmitti. qr tūc debet puniri vbi deliquit. vbi agit̄ ꝺ pena falsi. facit. l. exigere dotē. ff. de iudi. vbi attenditur locus ad quez destinatur effectus matrimonij. Jdē dic de notorio q facit falsū instrm.

¶ Quid de officialibus deputatis q nō accusant quos inueniūt de nocte. ⁊ hmōi. ſ. q peccāt mor talit̄ si se obligauerunt ad accusandū vel pacto vl̄ iuramēto. Si vo si se obligauerūt nō peccāt si ac cusando. nisi faciāt in fauēdo malꝫ ꝓmittēdis. Et si qd acceperūt ꝑ nō accusando tenent̄ illud resti tuere vel fisco. vel illi cui pena erat applicāda. Et vltra ēt vsqz ad ꝓplementū pene exacte si accusaſ sent. ſm doctrinā Tho. xxij. q. lxvij. vt patet. ſ. §. xviij. in fi. Fallit hoc in criminalibus. vbi eēt infligēda pena corporalis. qr si desisterent ex cō/passione etiā si aliquid acciperent ꝑ nō accusan do lz turpiter acciperent non tamen tenerentur il lud restituere de necessitate.

Pœnitentia

ē virtus qua cōmiſſa mala cū emēdationis ꝓpposito plangimus ⁊ odimus. ⁊ plāgē/da vlterius cōmittere nolumus magister in. iij. sen. di. xiiij. ⁊ ē vnū de sacramentis noue legis. quo bene dispositis semp peccata remittūtur. de sū. tri. c. i. §. sacrm.

¶ Pœnitētia. v. modis dr̄. ꝑma dr̄ solēnis q̄ i/ponit̄ ſm illū modū. de quo in. c. in capite. l. dist. quā omitto cū hodie nō sit in vsu.

¶ Secūda dr̄ publica q̄ fit i faciē ecclesie ⁊ ꝑbli ce ⁊ differt a solēni. Tum i mō. qr̄i ista nō seruaꝫ ille modus de quo in. d. c. in capite. Tum etiā qr ista pōt imponi a simplici ꝓfessore. ſm Buil. du rā. Bof. ⁊ Jo. ar. c. penitētes. l. di. ⁊. xxx. di. si qs ꝑsbyr. de pe. ⁊ re. q̄situ. Nec ob. c. accedēti b⁹. de exce. ꝓla. vbi reꝑhēdunt̄ abbates. q publi cā pniaz iponebāt: qr ibi accipit̄ publica ꝑ solēni q̄ solū iponit̄ ab epo. ⁊ hoc verū nisi aliud habeat ꝓsuetudo. Jtē ⁊. iij. differt. qr ista publica iteraꝫ

solēnis vero nō pōt.

3 ¶ Dz q̄ro qñ dz iponi pnia solēnis vel publica. ſ. ſ. ſpa. in. c. q̄ſtiū. de pe. & re. q. p delicto gīt & ſcādalizāti totā vrbē ōberet iponi ſolēniſ. d. c. ī capite. Si vero ē graue & publicū ſz nō ſcādalizoſū tūc ī ponet pnia publica ſz ñ ſolēnis. vt no. i. d. c. q̄ſtuz. & in. c. i. de pe. & re. Si aūt ſit graue ſed occultū: tūc nec ſolēnis nec publica dz iponi. Et ideo reprobat ꝓſuetudinē illoꝝ q̄ mulieribus ꝓ extitiōe pueroꝝ quos penes ſe habebāt in lecto i ponūt publicā pniam. & vide eū in. d. c. i. & in. c. ſtatuim⁹. de male. & i. c. fi. de bi. g. ſi. occi.

4 ¶ Quibus pōt iponi. ſ. q̄ nec clericis nec religioſis. nec etiā laicis inſignibus dz iponi. ar. d. c. in capite. Et hoc verū niſi clericus ſit depoſit⁹ l. di. ꝓfirmandū.

5 ¶ Quis ē effectus pnie ſolēnis. ſ. q̄ laic⁹ poſt eā nō poteſt ad ordines ꝓmoueri. l. di. illud. nec cleric⁹ ad ſupiores. vt dr̄ ibidē: pōt tñ ep̄s diſpenſare i ordinibus minoribus nō autē ad ſacros. l. di. placuit. Jtē nō dz matrimoniū ꝓtrahere. pur ſi ꝓtrahit tenet. Jnuenis tñ nō ꝓhibet ꝓtrahere Jtē nec miliciā aſſumere. xxxij. q. ij. §. de peni tēt⁹. & c. antiq. cū alijs. c. Jtē nec laicalē habi tū deferre. l. di. c. vlti. Jtē dz viuere ſm regulaz eccleſiaſticā. de pe. di. v. ꝓtrariū. & c. ſe. Jte conueniendus ē ſub eccleſiaſtico iudice. xi. q. i. aliud de pe. di. i. aliud. Jtem ſit infamis nō ratione penitētie. ſed rōne criminis publicati. qđ verū intelligē q̄n ꝓ ſniam iudicis iponit. Secus ſi ex deuotiōe gs publicā pniam facit ſm Jo. de officio Archipr̄e. c. ij.

6 ¶ Tertia pnia dr̄ ꝑuata. & dicit Sco. in. iiij. di. xiiij. q. i. circa fi. q. q. de vi vocabuli penitere idē ē q̄ pēnā tenere. Hec autem nō tñ ipoꝛtat paſſionem pene vt inherenti. ſed etiam actionem volentis reſpectu pene. Vnde pnia actualis ē punitio volūtaria vel volūtas puniēdi. & in hac ē conſiderare. Primo velle peccatū punire ſeu vindicare. Secundo ſe peccaſſe nolle ſiue peccatū deteſtari. Tertio puniendē iā inflictā velle libere acceptare. Quarto penam inflictaz patienter ferre Jn q̄libet boꝝ actuū ſaluatur ꝓprietas vocabuli huj⁹ penitere. & ipis ꝓprie ꝓſiſtit ei⁹ ſignificatū.

7 ¶ Quibus peccatis dz hō penitere. ſ. ſm cōit theologos. q. de oībus peccatis mortalib⁹ actuali cōmiſſis. ſiue añ baptiſmū ſiue poſt. De veni alib⁹ vero lz ſit expediens. nō tñ eſt neceſſaria ad ſalutez in hoc mūdo. niſi in duobus caſib⁹. Primo rōne dubij. vtrū. ſ. mortale vel veniale ne piculoſo ſe exponat. Secūdo rōne piculi q̄ñ bz aliquam affectionem venialē quā niſi reprimat dubitat ne trahat cum ad mortale ſm S. Bona. in iiij. di. xvi. q. ij. ar. ij.

¶ Vtrū regraſ ſingulariū de quolibet. ſ. q. ſic 8
de cognitis. ſ. cum de illis ſpāliť cogitat & tenetur ſpāliť de quolibet cogitare vt peniteat ſi adſit oportunitas. ꝓportionata fragilitati humane. aliť nō remittunť de lege cōi. De incognitis vero ſi ignorātia ē inuincibilis: vel excuſabilis. nō tenet niſi in generali penitere: ſi vero ē craſſa vel inexcuſabilis: ſic tenet in ſpāli penitere: q. tenet dare operā vt ea cognoſcat & peniteat ꝟ ex Ri. in. iiij. di. xvi. ar. iiij. q. ij.

¶ Vtruz poſſit agi pnia de vno peccato mortali 9
ſine alio. ſ. q. nō. q. aut de⁹ totū remittit aut nihil & ideo oz peniteat de oīb⁹. tex. eſt in. §. itē. de pe. di. iij. ꝓcor. Ri. in. iiij. di. xv. ar. i. q. vi. Diſtinguo tñ ſic. q. aut logmur de pnia ꝓut p eā remittť culpa & recōciliať hō deo. & ſic cū radix ſatiſfactiōis ſit vna. ſ. charitas q̄ ſecū nō ꝓpatiť peccatū mortale. Jdeo ē verū q. nō pōt fieri niſi de oīb⁹ fiat. Aut logmur de pnia ꝓut directe reſpicit ſatiſfactionem talis pene debite ꝓ peccatis iam dimiſſis quo ad culpā. & ſic bene poteſt fieri ō vno peccato ſine alio.

¶ Que ſunt ptes pnie. ſ. tres. ꝓtricio. ꝓfeſſio 10
& ſatiſfactio.

¶ Quarta dr̄ pnia. ſ. illa q̄ a ſacerdote ꝓ pecca 11
tis cōfeſſis iponiť. de iſta vide. ō. ꝓfeſſio. vi. & j. ſatiſfactio.

¶ Quinta pnia dr̄ illa de q̄ dr̄ q. regulariť ꝓ q̄li 12
bet pctō mortali dz iponi ſeptennis. xxiij. q. ij. lī ipm. & quō debeat itelligi Spa. declarat i. c. acceſſi. de ſpō. duoꝝ q. dz i iſto tpe ſemel bis vl ter ieiunare i ebdomoda. ſm diſcretiōez & iudiciū ſacerdotis. & facit qđ no. i. d. c. hoc ipm. Et ſic itelligē oīa iura q̄ pniaz imponūt p numeꝝ dieꝝ: ſeu annoꝝ nō ſpecificādo modū i. c. accuſaſti. de accu. vſ velle idē Spa. q. cum ferie ſolēnes ſint. ij. iiij. & vi. vt i. c. penul. xi. q. iij. q. ſacerdos dz imponere. vt bis die⁹ ſinguliſ ebdomadis ieiunet & ſic ſatiſfactū eſt: & hoc veꝝ niſi ex cā aliud diſpoſuerit ſacerdos. vt i. c. de⁹. g. de pe. & re. & i. c. quē peniteť. de pe. di. ij. Vñ cū hodie ſint arbitrarie. dicit Jo. q. dz ſacerdos i pnia iponēda attendere qui expediat ad ſalutē peccatoꝛi. etiā ſolū imponendo vnum pater noſter. facit. c. alligant. xxvi. q. vij. ſequiť Spa. in. d. c. deuſ qui. vbi bon⁹ tex. & de h vide. Confeſſio. vi.

¶ Vtrū ſacerdos poſſit diſpēſare i pena debita 13
eā dimittēdo. ſ. Spa. i. c. ſicut dignuz. de homi. q. ſic. vt ē pulcher ter. de pe. di. i. quē peniter. Et iō bonū ē vt ſacerdos i ipoſitiōe pnie diſpēſet cū ꝓfitēte circa reſiduū pene. ſi maioꝛ eēt iponēda. vide ad hoc. ō. indulgentia. §. v.

14 ¶ Utrū pnia facta in peccato mortali sit valida an sit iterāda. ſ. q. fuit diuersa opi. Ri. in quol. i. q. x. tenet q satisfacit ꝓcepto ꝓfessoris: nec tenet reiterare: sed nō satisfacit pene debite in purgatorio. Alij distinguūt q pnie ex qbus manet aliqs effectus post satisfactiōis actū nō sūt iterāde: sicut ē ieiunū: elemosyna: & hmōi. alie aūt que nō reliquūt aliquē effectū oz iterare: vt sūt oratiões & huiusmodi. Sco. vero. in. iiij. di. xv. q. i. circa fi. q. dicit q q vere semel penitet & recipit pniaz condignā ipositā sibi ab ecclesia claue nō errāte quātūcūq; postea recidiuet: nō tenebit ꝑ illis peccatis ꝑ qb⁹ illā pniaz recepit: nisi ad illā pniaz sibi ipositā: & si illā iplet i charitate nō tm̄ soluit penā sed mereť gr̄az. Si aūt ipleat extra charitatē volūtarie soluit penā sed nō mereť gr̄az. Si vero illa pena ab eo exigať extra charitatē pena qdē soluit: ꝛ ipe nō soluat. ꝓma qdē est satisfactio simplicit: q placās & recōciliās. secūda ē satisfactio: q volūtaria redditio sed nō simplicit: q nec placās nec recōciliās. Tertio ē satispassio vltra quā nō exigit vlterior pena. Ex quo ꝯcludit q nō ē necesse talē pniaz iterare: sed solū de peccato postea cōmisso ponit exēplū de eo qui cōmisit crimē ꝑ quo ꝑcisere ť manus abscisse onez: vnde si isti inuito abscindať manus satispatiť & satisfit regi sufficienť: nec ꝓ iustitiā cogeť ad vlteriorē penā: q̄uis ñ recipiat in gr̄am & amicitiā: sic multo magis vbi qs sibi cā infligit. Vñ si talis ꝑ nouaz mortale postea cōmissū dānareť: anteq̄z tota pniaz implesset nō puniret eternaliť: sed solū pena correspōdēte illi pnie q̄ nō fuit bic expleta & tpaliter: q ex quo ꝑ iusticiā punitiuā ipositā ē semel pena tpal' hic ꝑ pcō de quo vere penituit nunq̄z ei debetur nisi pena tpalis. & illa soluta nulla debeť alia ꝑ illis peccatis: sed tm̄ ꝑ alijs. ¶ Da. vero in. c. qō q dē. de pe. & re. & Archi. de pe. di. iij. §. vlti. tenēt q nō valet sed ē iterāda simpliciť. Sz ego teneo cū Sco. cui⁹ opi. vr̄ apte tenere gl. singularis in d. c. q. qdā. vbi dicit q ꝛ nō valeat tal' quo ad vitā eternā: tm̄ valet ei q: sentiet fructū ei⁹. cū d' alio crie pniaz egerit. de pe. di. iij. §. vlti. vbi ē gl. ꝛ q nō teneť talē pniaz reiterare: & has glo. cōiter sequunť doc. & cum eis transeunt: ꝛ Archi. dicat cōiter tenere contrarium & male.

15 ¶ Utz pnia i articulo mortis dilata valeat. ſ. fm oēs q fic ꝑ dicta Ezech. xviij. Jn q̄cunq; hora ꝙuersus fuerit peccator &c. Sz hora mortis cadit sub illo signo quacunq; ergo &c. sed aduerte q ē valde periculosum vsq; ad illud tps expectare Et ꝓpterea dicit Aug. de pe. di. vij. in. c. nullus quē sero penitet. oz nō solū deū timere iudicē: ſz iustuz diligere nō tm̄ penā timeat sed anxietur ꝑ gloria: dz enī de crie dolere & dē oi ei⁹ p̄dicta varietate. hec ille. Sed cū hec cōiter nō adsint penitēti i extremis: tñ q; pncipaliť vt plurimū ꝙuertunť tales timore mortis & inferni: ꝑz q; nisi timoris imineret ñ ꝙuerteret: & ideo deficit pmū necessariū. ſ. q non ꝙuertiť. q; diligit deū iustū. Jtē nec ꝙuertiť pncipaliť pp gloriā: sed pp penā euitādā patet si de pena nō timeret pseueraret i malis vt pus. Jtē cōiter deficit tertiū: q; cuz sit quasi extra se ex infirmitate nō pōt dolere de singulis peccatis sicut tenetur nec ꝓfiteri. Et ideo credo veriss mū dictū Jero. in transitu vir inquit de centū milia hominū: quox mala fuit vita in morte diuinā indulgentiaz obtinebit vnus. hec ille. de materia pnie. vide. s. ꝓfessio. vi.

Ercussio duplex ē. ſ. tpal' que fit malo & iutili fmone cū ſ. idiscret⁹ plat⁹ iutili fmōe penit corda i firmox: & hec ſp de se ē mala & pcñs mortale: nisi aliq̄ circūstātia excuſet. vt. xlv. di. c. vl.. Alia ē pcussio corporalis q̄ fit corporali manu vel flagello: vel simili verberādo: & hec si fit ex malicia vl odio ē peccatū mortale: nisi eēt in modico & leui: patet hoc i. c. i. xlv. di. ūcto. c. eꝑm ibidē. & in. c. i. de clerico pcussore. q; si ē clericus dz deponi q nō fieret: nisi eēt mortale peccatū. Si vero fiat ex charitate & cā correctiōis & moderate sic licita'ē & meritoria in oibus pcstatē habētibus in subditos suos. xlv. d. i. cū beatus. itaq; q matrē pietas patrē vero disciplina subditis platū exhibeat. vt xlv. di. disciplina.

¶ Utrū clerici possint verberari. ſ. q. eꝑs nc/ 1
minē dz verberare ꝓpijs manibus. lxxxvi. di. nō liceat. Alij vero plati possunt clericos in minoribus ordinibus ꝑ leuibus & culpis verbera re. xlv. di. §. salamon. dūmodo fiat p cū ad quē pti/ net. de sen. excō. c. cū voluntate. §. vlt. Jn sacris vero exītes verberari nō debēt: nisi in maioribꝰ criminibus. xxxv. di. c. ante oia. & d. c. cū beat⁹. alioqn eēnt excōicati. ar. a Jrio sensu in. d. c. cum voluntate. in. §. si q vero. & de hoc. s. excōicatio. v. casu. i. & quō pñt hoc p alios clericos facere. ñ p laicos: & ibi ponunť multi casus in qbus pōt p cuti sine excōicatiōe.

¶ Utz religiosi similiť possint verberari. ſ. q 2
sic a suis platz. & ꝑ leuib⁹ culpis. c. reprehēsibilis. de appel. & de accu. c. q̄liť & q̄n. in fi. Similiť pñt p alios regulares vel clericos seculares: nō p laicos: nisi q̄n sūt iconigibiles. vt. s. i. d. casu pmo.

Peregrinus dr̄ ꝓpric q cā duo tiōis alienas visitare vadit ecclesias: aut sactoz religas. vt no. i. c. romipetas. xxiij. q. iij. Et tales sūt sub ꝑ

tectiõe ecclesie. de treu. ⁊ pa. c. innouamus. Et q tales reb⁹ suis spoliat dz excõicari. vt i. d. c. si qs romipetas. ⁊ duob⁹. c. se. Hodie Vo p ꝓcessuz curie sũt excõicati ipo facto: ⁊ a papa solũ absoluũ tur q romipetas spoliãt. Itẽ not. q accedẽtes ad sedẽ aplicã interi cũ reb⁹ suis sub aplica ꝓtectiõe ꝓsistũt. eẽ de pegrinis. c. vnico. Vñ istud ẽ vlti mũ refugiũ illoꝝ q grauant ab aliquo delegato: vt arripiãt iter ad sedẽ apostolicã: q⁹ suspẽdit ei⁹ iurisditionẽ. vt in. d. c. vnico.

1 ¶ Quid fiẽdũ ꝺ rebus coꝝ si moriunt i via. ℟. Ho. q qũqz aio retinẽdi accipit eas vl aliquid coꝝ mortalit peccat: q⁹ sũt restituẽde heredib⁹ eo rũ si pũt sciri: vel paupib⁹ erogãde si ignorantur vel si forte nõ inuenitur q eas deferat ad heredes nec spaꝫ in breui inueniri. Hec valet ſm Host. ꝓsuetudo vel statutũ in contrarũ.

2 ¶ Peregrinus clericus qs dicaꝫ vide. §. ordo. iij. §. xvi.

3 ¶ Duõ dz admitti. ℟. q oz habeat lras cõmendaticias seu testimoniales vel pape vel sui epi: ⁊ sic põt admitti: si mõ sigillũ ꝓprij epi sit notum. ar. de pbẽ. cũ secũdum. ⁊ de cẽsi. sopite. Si vero nõ sit notũ oz sit sigillũ qn qz epõꝝ. de cle. pe. c. i. Et si nullũ pfatoꝝ cẽt notũ: tunc vbi põt pindicium magnũ generari nõ creditꝫ etiã si centũ haberet ſm Inno. in. c. tua. co. ti. Sed vbi nullũ pre iudiciũ põt euenire: puta vult celebrare in secreto ex deuotiõe: sic admittiꝫ etiã si nullã faciat fidẽ ſm Ho. in. c. tue. co. ti.

4 ¶ Quid si dicat se lras amisisse. ℟. si ꝓbat per duos testes amissionẽ ⁊ non tenorem earuz: ⁊ q sine vitio fuerũt admittiꝫ de pnile. c. cũ oltz. in fi. no. Ber. in. c. i. co. ti.

5 ¶ Vtrũ recipiens ad ordines pegrinũ sine licẽtia sui plati incurrat aliquã penam. dic vt. §. irregularitas. §. xxxij.

Ꝑriculum vbi ẽ ibi ⁊ lucrũ collocari dz. l. fi. §. fz cũ i secũdã. C. de fur. ⁊. C. de ca. toll. l. vni ca. §. ꝓ secũdo. ff. de re. iur. l. ſm naturã.

Ꝑriurium ſm Ho. ⁊ Host. dr quadrupler. Primo falsa iuratio: ⁊ sic põt esse tripliciter. Primo q ẽ falsitas ex pte iurati: sicut cũ qs iurat falsũ qđ credit esse verũ: ⁊ si debita diligentia ẽ adhibita nullũ ẽ peccatum. xxij. q. ij. homines Si vero nõ ẽ adhibita omnis: sed tñ aliqua: sic ẽ peccatũ venale. Si vero ꝓueniat ex ignorantia crassa vel supina iuris vel facti ẽ peccatũ mortale ſm Ray. alle. xxij. q. v. q piurat. cõcor. Jo. an. post Tãcre. in. c. tua nos. de iureiurã. ⁊ Car. in cle. i. de iureiur. Item excusat a peccato mortali i periurio probabilis error: ſm Panor. in. c. tua nos. de iureiurã. puta cum quis credens habere rationabilem causam appellandi appellat: lz ꝑs iurauerit non appellare. ar. c. sacro. de sen. excõ. ⁊. c. quintaualis. de iureiuran. Secundo falsa iuratio est ex parte iurantis tantum: vt cum quis iurat verum credens esse falsum quod iurat. Tertio ex parte vtriusqz. s. cum quis iurat falsum sciens esse falsum. Et istis duobus modis si fiat iocose est peccatum venale ſm Hoff. xxij. q. ij. q ait. ⁊. c. vltimo. ſm vero theologos est peccatum mortale ꝓpter irreuerentiam dei. Posset tamen dici q mendacium iocosum non sit ꝓprie mendacium: vt in. d. c. q ait. Ideo posset teneri opinio Hoffre. q non peccat mortaliter: quia nõ ꝓprie periurat. Sed opi. theologorum est tutior: multo magis peccat si fiat seriose. xxij. q. ij. homines Nõ tamen sic limitat sanctus Bona. ⁊ Ricar. i iij. di. ix. si deliberat de dicto confirmando ⁊ iuramento per quod est confirmandum. Secus esset si deliberaret de dicto: sed non de iuramento: q⁹ sic non peccat mortaliter: lz sit veniale graue. Si mliter est peccatum veniale quãdo de neutro deliberat: sed totum ꝓfert ex surreptione: nisi quis deliberare posset: ⁊ tamen contemneret: quia sic mortaliter peccarent: etiam ex surreptione ꝓpter contemptum. Datur etiã alia limitatio ſm Pe. aureo. ca. di. Si iuramẽtum fit p ea p que hoies consueuerunt iurare: qñ volunt veritatẽ infallibilem assumere in testimonium dicti sui vltimatuz. Secus esset si assumeretur signũ qđ non ẽ ad tale testimonium institutũ: ⁊ sine animo iurandi in rellige qñ piurat p deuz sicut cõiter iuratur: quia sic non esset peccatum mortale ſm euz: qđ no. q facit ꝓ istis mulieribus que iurant p meã fidẽ in ueritate p istũ ignẽ ⁊ hmõi: vt non peccent mortaliter cũ piurãt: q⁹ nec iurare intendunt: nec qbus iuratur accipiunt ꝓ iuramento.

¶ Secũdo mõ dr piuriũ iuramẽti trãsgressio: ⁊ i si iurato fuit sup re mala: vt non ire ad ecclesiã ⁊ similia: sic peccauit mortaliter iurãdo: ⁊ tenet de p cepto facere oppositũ. xxij. q. iiij. c. i. ij. iij. ⁊. iiij. Nõ limito de re mala de peccato mortali: secus de veniali. de quo dic. vt. §. iuramentuz. v. §. ij. Si vero fuit sup re superogationis: sic similiter peccauit mortaliter iurando. Sed non tenetur facere oppositũ: quia nõ tenetur intrare religionẽ qui iurauit non intrare: non tamen tenetur iuramẽtũ seruare. hec Aureo. Si aũt iuramentum ꝓ missoriũ erat licitũ ⁊ obligatoriũ sic peccat mortaliter periurãdo. s. nõ seruando qđ iuramẽto ꝓmissit. Fallit hoc in. xxvij. casibus in quibus nõ obligat. de qbus vide. §. iuramentũ. v.

2 ¶ Tertio mō dr̄ piuriū indiscreta iuratio. ſ. cuz qs iurauit ſine iudicio discretiōis ꝓsiderando qō iuret. ⁊ vtrū ſit verū vel ſeruabile. ⁊ ſic ꝑz Bof. ē peccatū veniale. xxv. di. §. cris. i fi. Ber. vero i. c. tua. de iureiur. dicit q; ſi fiat cū deliberatione ſic ē pctm mortale. de iureiur. ſicut ex lris. Si vero iocoſe ⁊ incaute. ſic ē peccatū veniale. xxv. di. §. alſ ea demū. ⁊ cū Ber. ꝓcor. S. Bona. Ri. ⁊ theologi in. iij. di. xxxix.

3 ¶ Quarto mō dicit piuriū affirmatio dubitatio nis. vt cū qs illud de quo dubitat aſſerit cū certi/ tudine efficaci iuramēto confirmata. ⁊ ſic peccat mortalit ſm Aureo. Secus ſi aſſereret illud hu/ mano mō ſicut pōt ſciri i talibus. ſicut rñdet ordi nādis quātū ꝓmittit humana fragilitas. q; nō eēt mortale ſm eundem Aureo.

4 ¶ Quid de illo q iurat ꝑ verbū credo. cū tñ i ve ritate ñ ſic credat. R. q; quo ad deū piur? ē ⁊ pec/ cat mortalit. ꝛz quo ad foꝛ ptētioſū nō. ēt ſi ꝑba/ reſ poſtea ꝓriū ei? q; iurauit. vt no. ꝓpa. in. c. ex lris. de iureiur. ⁊ facit. c. cū ipoſitiōib?. de iureiu rā. li. vi. Rō q; nemo pōt dare teſtimoniū de cō ſcia alterius. niſi ipe cuius ē ⁊ deus.

5 ¶ Vtrū credēs ꝓuenire iuramēto q tñ nō facit. exēplū nō credebā ſatiſfactū creditoꝛi cui iurave/ rā. cū tñ foꝛet ſatiſfactuꝫ peccet mortalit. R. q; ſic ſm no. ꝑ ꝓpa. in. c. quanto. de iureiur.

6 ¶ Vtrū oīs piurus ſit infamis. R. ꝓpa. in. c. te/ ſtimon iuz. de teſti. ſm leges diſtinguit. Aut' qs iurauit de ꝑterito vel de pñti. ⁊ ſic nō efficit infa/ mis ipo iure. lz falſū iurauerit. p. l. i. ij. ⁊ vlti. ff. de crie ſtellio. ⁊ ſic itellige. c. cū dilect?. i fi. de or. cog. Si tñ ꝺēnareť efficereť infamis. nō tm rō ne iuramēti q; falſitatis. Si vero iurauit de futu ro ⁊ nō ſeruauit. tūc ſi inrauit ſibi vel deo nō effi cit infamis. Secus ſi iurauit ei cū quo ꝓtraxit con trauenēdo iuramēto vel pactiōi. q; ſic efficit infa mis. ⁊ ſic itellige. l. ſi quis maioꝛ. C. de trāſac. ⁊ hoc voluit in effectu glo. ⁊ Bar. in. l. luci?. ff. de bis q no. infa. Sentit Jo. de ligna. in. d. c. teſti/ moniū. ⁊ Archi. in. c. auctoritatez. xv. q. vi. ⁊ in c. puuli. xxij. q. v. ⁊ placet etiam de iure canonico cū nō reperiā ꝓtrariū.

7 ¶ Vtrū vis vel met? excuſet a pctō mortali piu riū. R. q; in iuramēto aſſertorio cōit tenet q; nō. c. ſacris. qō metus cā. q; nullus pōt abſolute co/ gi ad iuramētū falſū. Sz in iuramēto ꝓmiſſorio fuit diuerſitaſ Tho. xxij. q. iij. ar. i. ⁊ Ri. vbi. §. ar. ij. q. iij. ⁊ multi. Alij tenēt q; peccat mortalit ſi nō ſeruat. Ad. c. verū. de iureiur. R. q; loquit in iudicio foꝛi. ꝓpe. Aureo. vbi. §. tenet q; peccat venialiter. ⁊ hoc ſequit Jo. an. ⁊ multi alij ⁊ pla cet. ⁊ vide. §. iuramētū. v. §. ix. cū duobus ſeq.

¶ Qō ē grauius piuriū vel homicidiū. R. qđā 8
dicit q; piuriū ē grauius peccatū: q; ē ꝓtra rōnis ordinē directe ⁊ imediate reſpicientē deum. ⁊ ho micidiū ꝓtra ordinē reſpicientē ꝓximū. Alij con tra vt Ricar. vbi. §. q. iiij. ar. i. q; nō ſit grauius Ratio q; homicidiū directe ꝓtrariat actui ⁊ vir/ tuti digniozi. ſ. charitati reſpectu actus ſecunda/ rij. ſ. diliges ꝓximum. ꝓperiuriū aūt directe eſt contra actū virtutis latrie. ſed charitas eſt nobili oꝛ q; latria. quia nobilius eſt ꝓximuz diligere q; verum ex cauſa legitima iurare. ergo eſt grauiꝰ homicidium q; periuriū. ⁊ magis placet. ⁊ ꝓmaz rationem dico negandam ſimpliciter: quia ſic ſe queretur q; laborans in feſto grauius peccaret q; homicida. quod non eſt verum. Verum ē q; p/ iurium eſt grauiſſimum poſt homicidiuz. Jdeo imponitur penitentia q; ieiunet. xl. dies in pane ⁊ aqua. ⁊. vij. ſequentes annos peniteat. ⁊ nūq; ſit ſine pnia. vi. q. i. quicum q; ⁊. xxij. q. v. ſi quis ſe periurauerit.

¶ Vtrum ſit grauius periurium adulterio. R. 9
Ricar. vbi. §. ar. ij. q; ſic. Ratio quia peccatum dicitur grauius q; corrumpit ordinem digniozē. Certum eſt autem q; ille ordo eſt digniοr qui de bet eſſe hominis ad deuz immediate ⁊ directe: q; ille qui debet eſſe ad deum ⁊ ad ꝓximum medi ante ꝓximo. primus autez ordo corrumpitur ꝑ periurium. ſecundus per adulterium. nec perfe/ ctius corrumpitur ſecundus per adulterium q; ꝑ mus per periurium. Adulterium non eſt ꝓpinquius maxime iniurie que poſſit eſſe contra deuz imo cconuerſo. periurium eſt ꝓpinquius blaſphe mie. que eſt contra deū ex odio eius q; adulteriū homicidio.

¶ Vtr̄ peccet ēt pſona ꝓnata q; exigit iuramētū 10
de eo q; neſcit. ſed dubitat de veritate. R. ſm Au gu. quia hoc ex humana infirmitate ꝓcedit q; nō peccat. Sed ſi ſcit veritatē ⁊ cogit iurare quē ſcit falſum iuraturuz peccat mortaliter. xxij. q. ij. qui exigit. qō intellige vt. §. iuramentū. iij. §. xi.

¶ Vtrum clericus nulla ſocietate coactus veni 11
ens contra propriam ꝓmiſſionem vallatam fidei interpoſitione ſit ꝓuandus ſuo beneficio. R. te/ nent Jo. Ber. ⁊ Hoſti. in. c. querelam. ne ꝓlati vices ſuas. ꝓpa. in. c. querelam. de iureiurā. q; debet ꝓuari quia ſic eſt periurus qui fide inter/ poſita, ꝓmiſſum frangit ſicut qui ꝓiurat. ⁊ cū piu rus ſit ꝓuandus beneficio ⁊ deponendus ab or/ dine. vt ꝓbatur in. c. cū non ab homine. de iudi. ſic ⁊ frangens ꝓmiſſum fidei interpoſitione val latum Archi. in. c. iuramenti. xxij. q. v. tenet q; non. quia non eſt ita graue peccatum cōtraueni/ re ꝓmiſſioni tali ſicut iuramento. ⁊ cum Archi.

est do. Anto. ⁊ magis placet cū nō inueniatur talis pena expressa sicut cōtra piuros. Et que dria sit inter fidei interpositionē ⁊ iuramentum. vide iuramentū. i. §. vi.

12 ¶ Vtr collatio facta de bñficio ecclesiastico piuro sit nulla ipo iure. ff. ꝑda. in. d. c. ꝙrelā. de iureiur. q sic. de re. iur. infamibus. li. vi.

13 ¶ An aūt piurus cū sit infamis ꝑdat ipo iure beneficiū. vide. s. infamia. §. ix.

¶ Remissio quot mōis accipit. vide. j. vsura. ij. §. xiij.

¶ Permutatio est vnius rei certe ꝓ altera re certa vicaria prestatio. C. de re. permu. l. i. i gl.

Et nota q ꝑmutatio nō inuenitur nisi in genere ⁊ sic adaptaf cōtractibus nominatis ⁊ innominatis ſm qō not. i. ff. co. ti. ff. ⁊. C. vnde qñ datur vna spēs ꝓ altera sic ē ꝓtractus innominatus. ⁊ nō ꝑmutatio in specie. ꝓ hoc ter. in. l. naturalis. §. i. ff. de ꝓscrip. verbis. Blo. tñ. ⁊ Bal. in. l. i. C. eo. dicūt q imo inuenif ꝑmutatio in specie. ſ. qñ daf spēs certa ꝓ specie alia certa. puta iste liber valēs centū ꝓ illa possessione eiusdem precij Sed qñ daf genus ꝓ genere vel ꝓ specie. vel spēs ꝓ genere. tūc ē ꝓtractus innoiatus. nō permutatio in specie. ⁊ sic intelligāt. d. l. naturalis. ⁊ ē verius q̄z primū.

1 ¶ Quomodo ꝓbabitur ꝑmutatio. ff. rerū interuentu. nō ex solo pacto quia ex sola cōuentione ꝑmutationis nulla re hinc inde secuta neutri cōpetit aliqua actio. C. eo. l. ex placito. q ē nudum pactū. vt no. glo. in. d. l. i.

2 ¶ Vtrū statutū loquens de emptione habeat locū in permutatione. ff. q in statutis iuris cōmunis. appellatiōe venditiōis venit permutatio ſm Jſico. de neapo. in. l. i. §. fi quis in fraudem. ff. si quid in frau. patro. ⁊ Buil. de cunco. in. l. de quibus. ff. de le. dicit q omnia que de iure cōmuni loquunt in venditiōe habēt locū in ꝑmutatiōe facie. c. i. de his que fi. a ꝑla. in verbo vēdere. vl ꝑmutare. Jn statutis vero municipalibus. tunc si est odiosū nō habet locū. Si vero ē fauorabile. fic habebit locū ⁊ sic ꝓcor. iura que videtur diuersa ⁊ doc.

3 ¶ Vtrū ꝑmutatio beneficiorū possit fieri sine auctoritate superioris. ff. q nō. d. c. quesitum. de ex cef. prela. c. sicut vnire. de censi. ꝓhibemus. de ꝓben. maioribus. ⁊ q ꝓpria temeritate hāc ꝑmutationē fecerint ꝓuandi sūt. eo. ti. cum olim. Fallit hoc qñ agit solū de ꝓprietate. puta cū duo epi litigāt sup aliqua ecclesia quā vnus dicit debere esse sibi subiectā alter possidēs negat. sic poterit fieri ꝑmutatio q vnus habeat vnā ecclesiā sibi subiectā alter alterā. Secus si ageretur. vt talis in tali beneficio recipetur. vel inutiliter. q non pōt sine auctoritate superioris.

¶ Vtrū clerici possint inire tractatū de permutatiōe prebēdarum vel dignitatū ⁊ aliorū ecclesiasticorū beneficiorū. ff. q ꝙuentionem inter se facere nō possunt. vt in. d. c. quesitū. Tractatū aūt inire possunt. dūmodo ꝓmissionem vel pactionez nō faciant. ⁊ de hoc habes ter. cuz glo. in cle. i. in verbo volentibus. co. ti. ⁊ tenet Jo. an. in addi. ad spe. in. ff. co. ⁊ i. c. i. co. ti. li. vi. ⁊ ꝑda. in. d. c. quesitū. Ratio quia tractatus non includit deliberatū consensum. c. fi. de his que fi. a ma. parte ca. ⁊ ideo possunt tractare sed non concludere ꝛ supponere se dispositioni superioris ad quem ꝑtinet talis collatio. Jnno. tamen in. d. c. quesitū. tenet q ꝓbēde eiusdem ecclesie ⁊ eiusdem qualitatis possunt etiam permutare sine auctoritate superioris. ꝛ contrariū teneant Jo. ⁊ Jo. de lig. in. c. fi. eo. ti. qđ est tutius. ꝛ Jnno. opinio possit teneri post factū ſm Jo. de imola. Multi tamen doc. tenent q nec etiam tractatum in permutatione beneficiorū possūt habere. sed mihi non placet tum quia episcopus aut alius prelatus ad quē spectat nō potest dictā ꝑmutationem facere sine eis quorū sunt ſm do. Anto. in. c. i. eo. nisi ex necessitate vel ex cā ſm glo. in. c. i. de re. eccle. non alienque tamē nō ſm assertionē epi crederē ſm Buil. in cle. i. de elect. sed oportet ꝓbetur. ⁊ sic patet q oportet eos ꝑbus tractare. aliter esset bestie. tum etiam quia nisi ꝑbus tractarent nunqz conuenirēt ante prelatū ꝓ ꝑmutatiōe fienda.

¶ Vtrū auctoritas ꝑtineat ad epm de ꝑmutatione suorū inferiorū. ff. q nō. nisi ad iſm pertineat collatio vel institutio illorū beneficiorū. sed ꝑtinet ad eū ad quem collatio vel institutio pertinet. ar. c. ad hoc. §. fi. de officio Archi. ⁊ in. c. super eo. ī fi. de offi. dele. Si vero ad vmū pertinet electio. puta ad canonicos ⁊ ad aliū confirmatio necessario requiritur ꝓsensus eorū qui habēt eligere ſm Jo. an. ar. d. c. ad ħ. Si aūt epūs ꝑmutet cū capitulo re grif auctoritas Archiepi. c. i. de re. ec. nō alie. cū vero permutare vult cū aliis sufficit ꝓsensus capituli sui ſm Jo. Quādo vero ꝑtinet ad superiorem ⁊ ad capitulū collatio. fic requirit consensus vtriusq̄z nec pōt capitulū ꝑ se nisi qñ sedes vacat. de ma. ⁊ obe. c. his que. ⁊. c. cū olim. ⁊. c. vnico. de ma. ⁊ obe. li. vi.

¶ Vtruz possit dari pecunia ꝓ recompensatiōe maioris bñficij cōmutati sine ſmonia. ff. ꝑda. i. c. ad questiōes. co. ti. q sic. si pecunia detur in recōpensatiōe ꝓ ducentū tpaliū nō spūaliū. q si occasiōe spūaliū iuriū de quibus plus hz vna ecclesia

q̄z alia pecunia tribuatur symonia erit. puta quia habet maiores auctoritates in administratiõe spiritualiũ. ⁊ hmõi. Et ideo cõclude q̄ tria requirũtur. vt licita sit pmutatio benef cioz ecclesiastico/rũ. ℣Primo q̄ nõ paciscant. sed solũ hẽant tractatũ ptes. Secũdo q̄ nõ fiat sine auctoritate superioris pmutatio. Tertio q̄ aliqd tpale nõ det̄ ꝓ recõpensatiõe spũalis. puta maioris auctoritatis vl̄ administratiõis spũalis ⁊ hmõi existentis in alio beneficio in quo fit pmutatio.

7 ¶ Vtrũ habẽtes expectatiuas pape possint permutare. ℟. ℣Da. in. c. cuz olim. co. ti. q̄ nõ. quia sunt gr̃e psonales. ⁊ nõ excedũt psonã cui ꝓcedũtur. c. si cui. de p̃ben. li. vi.

8 ¶ Vtrũ tales habẽtes expectatiuas ad ꝑma vacantia possint impedire pmutationẽ. ℟. q̄ non. c. lz. eo. li. vi. imo si talia beneficia ꝓferanť alijs q̄z ipis pmutare volentibus non valet ipo iure. cle. vnica. eo. ti.

9 ¶ Vtrũ mãcipia ecclesie possint pmutari cũ mãcipijs ꝑuatoz. ℟. q̄ nõ nisi ad hoc vt libera fiãt. c. mãcipia eo. qõ ẽ verũ ſm ℣Jo. nisi vbi expedi ret ecclesie cũ donari possint. qõ ẽ fortius. xij. q. ij. ecclesia. ⁊ qñ fit pmutatio oz denť duo alij ea. q. c. eps q mãcipia.

10 ¶ Vtz fui fugitiui pmutari possint. ℟. ſz Jn no. i. c. mãcipia. q̄ sic. ⁊ distrahi. c. iniustũ. eo. ti. qõ verum ẽ patefacto vicio emptoꝛi ſm ℣Ber. ⁊ postq̄z redierũt. sed i fuga dũ fuit vendi vel pmutari nõ pñt. C. ad. l. fauí. de pla. l. in fuga.

11 ¶ Vtrũ pmutatiões q̄ fiunt a mercatoꝛib⁹ de lana ad pannũ ⁊ hmõi liceant. ℟. q̄ sic. dummodo fraus ⁊ dolus nõ interueniãt. ⁊ ea que dicta sunt in. c. emptio. §. vij. Jtẽ q̄ nõ fiat ad dãnũ tertij. sicut fit qñ dat pãnos tertoꝛibus ꝓ mercede laboris. si inde grauet̄ laboꝛatoꝛ illicitũ ẽ. ⁊ restituere teneret̄. nisi a ꝓncipio sic ꝓuenissent. vel sic esset ꝓsuetudo dãni tm̃ de pãno.

Erplexitas ẽ dubiũ. de quo dic vt. s̄. dubiũ.

Ertinax ſm Jsido. li. ethimolo/giarũ dr̃ q̄ ẽ ipudenť tenẽs quasi oio tenax. q̄ in suo ꝓposito q̄si ad victoriã pseuerat plusq̄z oz. ne videať minꝰ sapiẽs q̄z alij. ⁊ opponiť pseuerãtie ſm Tulium in ℟ethoꝛica sua: q̄ pseuerãs quãtũ oz. stat ptinax plusq̄z oz. mollis vero minus q̄z oz. vñ si qs firmat se in sua sñia. q̄ etiã si eccl̃ia determinaret cõtrariũ. vel in eo q̄ ptinet ad fidẽ. vel bonos moꝛes. tenet oppositũ eius qõ dicit̄ a doctoꝛib⁹ moꝛtaliter peccat. ⁊ sapit hereſim. di. viij. qui contẽta alꝫ nisi p accidens rõne scãdali ptinacia nõ ẽ peccatũ moꝛtale.

Erseuerantia ſm Tulium in ℟ethoꝛica sua est in rõne bene considerata stabilis ⁊ ꝑpetua mansio. sine ipa nihil valet velociter currere. de pe. di. iij. in cassum ⁊ ꝓpterea laudať. vij. q. i. suggestũ.

Ersona miserabilis q̄ dicať. vide. s̄. miserabilis.

Ersonatus vide. s̄. dignitas. in ꝑn.

Jetas accipiť aliquãdo ꝓ cultu diuino. Vnde pietas idem est q̄ religio latine. grece aũt latria seu theosebia. vnde proꝓie pietas est theosebia. i. cultus dei interioꝛ. qui ꝓꝓie ptinet ad seruitutes theologicas. ℟eligio vero est latria que ptinet ad seruitutem diuinã exteriorẽ. ⁊ istud elicitur ab ℣Aug. x. de ciuitate dei. c. iiij. Aliq̄n vero accipiť ꝓ misericordia. mãsuetudine. ⁊ clemencia. de quo vide s̄. misericordia. ⁊ sic dicit quãdã relenationẽ indigẽte ꝓmi ⁊ ꝓpassionẽ i ei⁹ calamitate. ⁊ sic accipiť ꝑma tbi. iiij. pietas ad oia valet. Super quo ℣Ambro. pietatẽ sequẽs ingt. si lubricũ carnis patiať vapulabit sed nõ pibit. q̄ ꝓ ꝑ q̄ aligs pietatť opibus vacans in peccato moꝛtali se disponit ad gram vt nõ facile pmittať in pditionem ire. ⁊ de ista dr̃. xxij. q. ij. si qlibet. xli. di. §. i.

Jgnus dicit̄ a pugno. vnde ꝓꝓie dicit̄ pignus res mobil̃ tradita de pugno seu manu ad pugnum seu manũ. ff. de ver. si. l. plebs. §. pignus. Et differt ab hypoteca in noie ⁊ re. q̄ hypoteca ẽ obligatio rei imobilis. insti. de actio. ⁊ ob. §. inter pignus Vnde pignus dicitur cũ trãsit in creditoꝛem. hypoteca vero cũ nõ trãsit. Sed quãtũ ad actionem nõ differunt inter se. q̄ ꝓ vtraq̄z pignoraticia datur debitoꝛi. hypotecaria creditoꝛi. d. §. inter pignus. Vnde dicit̄ hypoteca ab ypos q̄ est sub ⁊ tesis q̄ ẽ positio quasi res suppositia obligationi. Differt etiã ſm gramaticos pignus pignoris. ⁊ pignus pigneris. vnde graciſinꝰ. ℣Pignoꝛa natoꝛ dicunť pignera rerũ. lz hoc nõ seruet̄.

¶ Que res pñt pignoꝛi obligari. ℟. q̄ quecum q̄z vẽdi pñt. ⁊ que vẽdi nõ possũt. nõ pñt pignoꝛi dari. ff. que res pigno. da. po. l. i. §. eam rem. Quedã tñ vẽdi pñt. que nõ pñt pignoꝛi dari. vt sunt aliena que vendi pñt. ff. de ꝓtra. emp. l. rem alienã. lz pignoꝛi nõ pñt dari nisi nr̃a. C. q̄ res pigno. da. po. l. qui filios. Jntelligẽ q̄ res aliena potest vẽdi si ẽ imobilis: q̄ si mobilis est si ꝓtractat inuito dño eã. furtũ cõmittit vendens nec valet venditio si venditoꝛ ⁊ emptoꝛ sciunt. nec emptio ꝓtrahit̄ur. l. si in emptiõe. ff. de ꝓtrab. emp.

Nō diuersitatis ponit in glo. d. l. rē alienā. ⁊ ibi vide. Itē generalis obligatio bonoꝝ ecclesie pōt fieri ꝑ observatiōe ⁊tractus a clericis: ꝛ nō spāl sine solēnitate. de qua. s. alienatio. Ita no. Ida no. in. c. nullus ꝓbyter. de pigno. Item ꝓsit pignori dari res pntes ⁊ future. vt fructus pēdentes. ptus ancillarū. fetus pecoꝝ ⁊ ea q̄ nascūt. ff. de pigno. l. ⁊ q̄ nōdū. ⁊ q res suas obligat de presentibus ⁊ futuris intelligit. q̄uis nō exp̄mat. l. vlti. C. q̄ res pigno. da. po. Sz tñ videt excepta oē illud qd obligaturus spāliter nō erat vt vestes. supellectilia. ⁊ mācipia. q̄ in vsu habebat ⁊ sil ia. l. i. C. q̄ res pig. ob. po. ⁊. l. obligatiōe. ⁊. l. deniqz. ff. de pigno. Si vero gs dicat mobilia ⁊ immobilia ⁊ se mouētia nō veniūt actiōes nec noia debitoꝝ. C. de pac. pign. l. i. Itē pignorari possūt res corporales ⁊ incorporales ⁊ noia debitorum ff. de pigno. l. cū cōuenit. Item seruitutes psonales. vt vsus ⁊ vsusfructus. ff. co. l. si is. §. vsusfructum. Item seruitutes prediales ⁊ rusticē. vt qz diu pecunia non soluetur non licet ipis vti: ⁊ si infra certū tempus non fuerit soluta liceat vendere l. sed an vic. ff. eo. Item comoditas seruitutū ꝑdioꝝ vbanoꝝ sicut in rusticis hoc continget. vt s. liceat creditori ire ⁊ agere. d. l. sed an vic. intra aūt nō. vt. d. l. si is. §. vlti.

2 ¶ Que res, phibetur pignori obligari. ff. q̄ homines liberi etiā ꝑ debito. c. ij. eo. de quo dic vt s. obses. Itē nec ecclesie i aui. de alie. ⁊ emphi. §. ij. q̄n. Itē monumēta. l. iij. C. q̄ res pig. ob. po. Itē sacra vasa. vestimēta libri. vel alia ornamēta ecclesiastica. l. sancim⁹. C. ō sa. sa. ec. l. i. ff. q̄ res pig. ob. po. ⁊. c. i. eo. nisi necessitate: vt est redēptio captinoꝝ ⁊ ꝑ paupibus alēdis ⁊ hmōi vt no. in. d. c. i. ⁊. xij. q. ij. anrū.

3 ¶ Quot modis ꝓtrahit pignus. ff. q̄ duobus modis. s. tacite ⁊ exp̄sse. Tacite cōtrahit ⁊ sūt obligata oia bona vndeci psonaꝝ. Primo administratoris bonoꝝ ipi ecclesie. ar. xiij. q. ij. illud ꝛz gl. ⁊ Ida. in. c. er lris. de pigno. Secūdo viri respectu doris vroꝛi sue. vide. s. dos. §. xi. ⁊ etiā ꝑ parafernalibus ⁊ donāt pp nuptias. vt. s. dos §. xij. ⁊ paraferna. §. ij. Tertio illi⁹ q dotē ꝓmisit de istis duobus habeā. C. de rei vx. act. l. vnica. ⁊. d. c. er lris. Quarto ꝓtrahētis cū fisco ipi fisco C. in qb⁹ cau. pig. ta. ℨ. l. i. ⁊. ij. Quinto tutoris pupillo ⁊ curatoris minoꝛi. C. i qb⁹ ca. pi. ta. ℨ. l. si mī. ⁊. l. fi. C. ō legi. tute. Sexto ꝓductoris oia bona iuecta seu illata i rustico ꝑdio dño sciēte ꝑ pēsiōe debita. Jn vbano vero nō distinguit. an sciat vel ignoret q̄ tacite obligant. ff. de pigno. l. si homeū. ⁊. l. hoc iure. ⁊. C. i qb⁹ ca. pi. ta. ℨ. l. sancim⁹. Septimo pris tacite obligant filijs ꝑ bonis aduēticijs ⁊ pcijs eoꝝ. C. de bonis q̄ lib. l. cū oz. Octauo matris conuolātis ad secundas nuptias filijs ꝓis matrimonij ꝑ restitutiōe eorum q̄ a ꝓmo viro lucrata fuit. C. de secū. nup. l. hac edicta i. §. penul. ⁊. C. in qb⁹ ca. pi. ta. ℨ. l. si mater. Nono defuncti ꝑ legatis ⁊ fideicōmissis C. cōia de leg. l. i. Decimo ꝑ pupilari fisco. C. q. mo. pi. ta. ꝓtra. l. satis. Undecimo bona conductoris vectigalium fisco. l. semp. §. conductores. ff. de iur. imunita. Duodecimo ꝓtrahitur hypoteca in naui ei qui dedit ad eam reficiēdam vel armandam. l. interdum. ff. qui. poti. in pigno. ha. Secus si dedisset ad emendum eā q̄ non haberet hypotecā in ea. Idem dic de eo qui mutuauit ad miliciā emendā q̄ habet in ea tacitā hypotecā. fm Jo. in sūma.

¶ Que pacta, phibent in pignore. ff. q̄ oē pa- 4
ctū turpe impossibile illicitū. Itē pactū legis commissorie q̄ ē pactū quo debitor obligat se insolutū dare pignus. ff. de solu. l. calopodius. Itē q̄n conuenit ne pignus redimat in ppetuuz. vel ante diem sibi p̄fixam. ar. c. precariū. de preca. Item q̄n fit pactum ne liceat creditori pignus vendere post interpellationem debitoris. l. si creditor. §. vlti. ff. de distra. pigno. ⁊ de istis dicit in. c. signi cāte. eo. ti.

¶ Quid si fiat pactū vt die p̄fixa nō soluēte debi- 5
tore creditor ex tūc rē hēat i feudū. ff. q̄ nō valet q̄ fieret fraus legi. vt in ꝓsti. Fede. ō feu. da. in ui. l. cōmisso. c. i. ⁊ de his pactis. vide. s. pactuz. §. xvij. cū sequētibus.

¶ Utrū pactū q̄ amissio pignoris quocūq̄z ca- 6
su liberet debitorē valeat. ff. q̄ sic. C. de pigno. ac. l. que fortuitis.

¶ Quid pōt facere creditor de pignore, an pos- 7
sit vendere. ff. q̄ aut conuenit expresse vt posset vendere. ⁊ sic debet ꝓmo denunciare debitori. ⁊ postea fm formam conuentā poterit vendere aliter non. Aut conuenit q̄ non venderet. ⁊ tūc debet ter debitori denunciare vt soluat. ⁊ inter vnā denunciationem ⁊ aliam debet esse triduū. ff. de pigno. ac. l. si conuenit de distraben. in glo. q̄ si non soluerit poterit vendere. alꝛs vendendo sine trina monitione teneretur furti. Si vero nulla fuit facta mentio de vendendo vel non vendēdo. tūc debet semel nūciare vt soluat. ⁊ postea elapso biennio vendere poterit. hec ꝑbant in. d. l. si cōuenit de distraben.

¶ Sed quid si creditor vendito pignore bona fi 8
de minus accepit q̄z sit debitum suum. ff. q̄ residuuz repetet a debitore. Si vero plus debito vēdidit tenetur illud plus restituere debitori. C. de iure do. l. vlti.

9 ¶ Vtrum pignus possit per creditorem alteri pignorari. ff. q̄ sic. vt est ter. in. l. i. C. si pignus pigno. da. sit. Et ꝛ Spec. dicat non licere vltra tres vices. Tenet tamen ꝛ verius Ang. in. d. l. i. q̄ etiā p̄ mille vices. q̄ ius quesitū a creditore i pignore ē reale ꝛ ē trāsitoriū de p̄sona ad p̄sonaꝫ in mille manus. ꝛ sic concludit ter. d. l. i. in ℞o tamdiu esse ꝛē.

10 ¶ Quid si alius cui res pignorata fuit alteri vē didit qui forte absentauit se quod remedium dabitur p̄imo debitori ad consequendū rem suam. ff. Spe. dicit q̄ agat contra p̄imum creditorem sed p̄mus creditor liberabit cedēdo sibi actioneꝫ cōtra eū cui legitime pignorauit. ꝛ sic alius respectu tertij ꝛē.

11 ¶ Vtrū possit pignorari vsurarijs nostri tēporis qui habent ex p̄uilegio q̄ post annū lucrātur pignus. ff. q̄ sic. ꝛ si perdetur damnū erit debitoris. quia q̄ fit lege permittente non meretur pena. l. gracus. C. de adulte. ꝛ ideo cuꝫ lex permittat pignus pignori obligari sibi imputet debitor Q̄ tamen limito verum si modo nō pignorauit nisi p̄ quantitate sibi debita: quia p̄ plus non ꝯ in aliquo casu. Item si hoc fecit p̄ necessitate vel vtilitate sua. q̄ p̄ alio respectu nō licꝫ sub vsuris accipe. Itē. iij. si hoc notificauit debitori illis nō occurrēntibus nō liceret.

ꝗtuor casibus. ℙrimus quādo vellet deputare rē ad vsū destinatū. l. per fūdū. ff. de fūi. rusti. ꝑ dio. Secūdus quādo fit fauor admiſtratiōis bonor pupilli. l. iij. ff. de admi. tu. Tertius quādo fauor liberatōis: qr tūc valet q maior ps facit. l. maiorē. ff. de pac. l. fi. C. q bo. ce. poſ. Quartus fauor litigij dirimēdi. Illā valet ſnia duor ex tribus arbitris. Et hoc intellige in re q̄ ꝓuenit pluribus vt ſingularibus iure ſingulari. Secꝰ ſi iur ecclie vt ſūt pbēde q̄ nō ꝓueniūt canonicis vt ſingulis ſz iure ecclie. qr ſuper talibus bñ pōt maior ps diſponere r deputare ad piū vſū. vt ē ter. no. in. c. fi. de his q̄ fi. a ma. par. ca. r ibi per Jnno.

11 ¶ Vtr collegiū poſſit diſponē ſup rebus ꝑuatis ℟. ℙa. in. d. c. cum oēs. q ſi nō bz iura regalia puta qr bz dīm ſup ſe nō pōt. Vñ maior ps ſcholariū nō pōt obligare vnū ſcholarē vel diſponē ō rebꝰ ſuis. vt no. gl. i. l. ij. C. q̄ ſit lō. ꝓſuc. niſi forte ſz qō no. Bar. i. l. iiij. ff. de reſtudi. q̄ vniuerſitas ſcēt obligata: r nō cēt ſoluēdo qr tūc poſſz pōnē collectā ſingul. vt eſt gl. no. i. l. i. ff. q cuiuſq; vniuer. Jtē ſi ſolū cā neceſſitatꝭ: ſz ēt pictatꝭ. vt i d. c. fi.. Jtē fm Jnno. r cōſit doc. ēt i caſu vtilitatꝭ. r ꝑbat i. c. i. de his q̄ fi. a ma. par. ca. Ex mera. n. volūtate nō pōt diſponē de iuribus alterius vt no. gl. i. d. c. cū oēs. r Jnno. ibidē r Jo. an. i regula. qō oēs tāgit. li. vi. i mercurialibus. Sz ego limito vex i ꝓiudiciū. ſcd i bonū r vtilitatem bene poſſet: qr maior ps ficte repſentat totū. l. aliud. §. referꝝ. ff. de re. iur. r. l. qō maior. ff. ad munici. Jtē aduerte ſz ℙa. i. d. c. cū oēs. q ſi diſpoſitio ſit in dānum vel dedecus vniuerſitatis vel ꝑuate cōſuetudinis vnus ſolus pōt reſiſtere. vt in d. c. fi. r no. Jnno. in. c. accedētibus. de ꝓbile.

12 ¶ Sz q̄ro q̄t de vniuerſitate debeant ꝓuenire vt actꝰ valeat. ℟. ℙa. i. d. c. cū oēs. q cōis ſnia canoniſtax r legiſtax ē vt ſaltē due ptes vniuerſitatꝭ ꝓueniāt. vt in. l. nulli. ff. q cuiuſq; vniuer. r l. notationū. C. de decu. Et ex his duabꝰ ptibus maior ps dz ꝓſentire. Jta ſentit Jnnoc. in. c. ij. de no. oper. nun. r Bar. in. l. oēs populi. ff. de iuſti. r iur. de hoc vide. ō. electio. §. vi.

13 ¶ Sz qd ſi nō ꝓueniūt due ptes. ℟. ℙa. i. d. c. cū oēs. opi. canoniſtax ē. q ſi ē aliqs ad quē ſpectat ꝓuocatio vniuerſitatꝭ r ad mādatū ciꝰ nolunt ꝓuenire: q tūc pōt explicare q ꝓuenerūt: ſz nō ſit maior ps collegij. ℌ voluit Jnno. i. c. i. de ma. r obe. r i. d. c. ij. qr nolētes venire faciūt ſe alienos vt i. c. cū nobis. de elec. r ſic nō ꝓputāt. Si ℣o ſi ē aliqs ad quē ſpectat offm ꝓuocandi: tūc ſi inſtat tps imini pfixi vniuerſitati ad actꝰ expeditōz mior ps pōt ꝓuocare maiorē: r nolētē vēire ꝑt explicare: qr mior ps nō dz ꝓuari iure ſuo ꝑ negligētiā vel ꝓtēptū maiorꝭ ptis. vt no. i. c. i cauſis de elec. r i. d. c. cū nobis. Si āt termin⁹ nō ē pfix⁹ tūc oz ſint due ptes. Tertia nī ps poterit agere ō ꝓtēptu. vt ꝓbat i. d. c. ij. r. c. i cauſ. r. d. l. notationum. Et hoc tenc. lz legiſte aliter dicāt.

¶ Quō ſtatutū dz iterꝑtari. ℟. ℙa. i. c. cū dile 14
ctus. de ꝓſuc. q vt cuitet correctio legis ſeu iuris cōis. dz latiſſime vel ſtrictiſſime iterꝑtari: ſicut electio capit ꝑ confirmatiōe i. d. c. cū dilect⁹. nō tñ talit q ℣ba ipropēnt vt iuri cōi ꝓueniāt. Facit qō no. Bar. i. l. ꝑtor ait. ff. ō dā. ifec. Qō limito qñ ℣ba ſūt clara: ſz vbi ℣ba ſūt dubia vel bñt multiplices itellect⁹: tūc debemus facē iterꝑtatiōz r intellectū ēt ipropriū vt minus recedam⁹ a iure cōi q̄z fieri pōt. vt no. i. d. c. cū dilectus. r i. l. ij. C. de nora. vide ꝑ Bar. i. d. l. oēs ppli. ita tñ q aliqd opet r aliqd addat ad ius cōe. ēt q̄ſ ē fm ius cōe fm ℙa. r doc. in. c. ex pte. de ver. ſi. Facit. c. ſi papa. de ꝓuil. vbi verba debēt aliqd opari. dicit tamē Bar. i. l. iiij. §. ꝑtor ait. ff. de dā. infec. q ſi ſtatuto caueꝭ. vt citatio fiat ad perſonā ſi reperiri pōt q ꝑ nullo ſeruit: ſed tūc dicas plus timeri ſolet q ſpāliter caueꝭ q̄z q generaliter.

¶ Sz nūqd dz ſtricte iterꝑtari qñ gnālit logꝭ vt 15
aliꝰ lucreꝭ. ℟. q nō ar. l. ꝓſperit. ff. q r a gbus. ſz vbi agit de diminutiōe ꝓmonij: ſic dz ſtricte interꝑtari ne alius iniuſte incurrat dānuz. vt plene no. in. d. l. oēs populi. r videꝭ ter. in. d. c. cū dilectus. r in. d. l. ij. C. de nora. r ℙa. in. c. ꝓſtitutus. de reſti. in integ. hoc ſequit Bar. in. l. ſancimus. C. in quibus ca. in inte. reſti. non eſt ne.

¶ Vtr verificeꝭ i caſu ficto. ℟. ℙa. i. c. cū dile 16
ctꝰ. de cle. nō reſi. q ſi ſtatutū logꝭ r diſponit i mā iuris cōis: i q̄ caſus fictꝰ eqparat ℣o: vtputa i caſu i q̄ nō reſidēs habeꝭ ꝑ reſidēte. vt in. d. c. cū dilectus. fic verificat qr ꝓſtitutio diſponēs regularit id qō ius dz recipe oēs limitatiōes iuriſ. Facit. d. c. cū dilectꝰ. r clarius. c. ad audiētiā ibidē. Si vero ſtatutum eēt ꝓ ius vel ꝑter r odioſū: tūc nō verificat i caſu ficto: ſz ℣ba dīt itelligi ꝑpe. i. i ſuo ꝑꝓio ſignificato: r ſic itellige. l. iij. §. hec ℣ba. ff. de nego. ge. r. c. i nra. ō iurciu. Et facit q no. Bar. i. d. l. oēs ppli. Facit. l. ij. C. de nora. r. c. ex pte. ō ℣. ſig. Facit q dicit Ludo. de ro. i ſuis no. q argumtū a ꝓrio ſenſu valet i ſtatutꝭ: niſi q̄ rat vt qs incidat i penā: qr tūc nō valet. l. ꝓcticulā. C. de epi. r cle. bēs gl. i cle. i. i ℣. facē. ō vſu. ℏ limitat ℣e. i. c. vt circa. de elec. li. vi. ℣ex qñ ſtatutū nō redderet illuſoziū ſi ñ recedat a ꝑꝓa ſignificatiōe ℣boꝝ: ſz qñ redderet illuſoziū tunc ē recedēdū. ar. l. ſi qñ. in ꝑn. ff. de le. i. r qō not. in c. ad audiētiā. de decī. r tūc indeffinita equipollet vniuerſali: vt vult Bar. in. d. l. oēs populi.

17 ¶ Quō dz itelligi statutū seu ꝓstitutio: qñ ptim ē fauorabil' ꝛ pti odiosa: puta qz iponit penā. ff. Jo. an. vſ fibi ꝓri' i. c. ex rescripto. de loca. ꝛ in c. sciāt cūcti. ꝛ i. c. fi. ō elec. li. vi. ☞ ego ꝓcordo sic: q qñ ꝑncipale itēt ꝓstituēt ē ꝑbē fauorē: tē dicaſ fauorabile si odiū tē dicaſ odiosuz. Jta cōit no. legiſte i. l. q exceptiōz. ff. de ꝓdi. idē ꝛ ibi gl. Si Vo igraſ ꝑncipale itēt disponēt: tē dico q ꝗtenꝰ ꝓtinet fauorē dz extēdi: ꝗtenꝰ Vo ꝓtinet pe nā dz restrigi: ꝛ ſ vſ fuisse ō mte bal. i mſ' loc'. Et faċ ad ſ q dixi. ☞. excōicatio. v. cāu. vi. §. iij.

18 ¶ Vtz statutarij ꝺputati a pplo possint iterꝑta ri statuta p ſe edita: fi oriaſ aliqꝺ dubiū. ff. Jſpa. i. c. ex pte. de V. ſig. Jo. an. i. d. c. ꝛ cōit legiſte. ꝛ Bar. i. l. oēs ppli. ꝑdicta ꝓcludunt q nō. ex q fūcti sūt officio suo. Nec ob. q eius ē iterꝑtari cu ius ē ꝺē: qz i veritate illi nō ꝓdiderunt. sed po/ pulus q dedit auctoritatē: qz is facit cuius aucto/ ritate fit. c. si diligēti. de ꝑscrip. ꝛ iō dz recurri ad pplz seu ꝓciliū gnāle. ſ limitat Jſpa. vbi. ☞. qñ in terꝑtatio ē valde dubia. Secꝰ si ē clara ꝛ iuri ꝓfo na: qz tē iuder cozā q vtiſ qſtio poterit iterꝑtari ſicut ꝛ legē cōem ꝛ ꝓuilegiuz ꝑncipis: vt no. In no. in. c. cū spāli. de appel. ꝛ Bar. i. d. l. oēs po puli. Facit. l. benignus. ff. de legi. ꝛ l. fi. ff. ō cō ſti. ꝑn. ꝛ l. vnica. C. de ꝑsequi. in vi. ꝓſtā.

19 ¶ Quātū durat statutū. vtz post mortē statuēt' ſ. Jſpa. in. c. a nobis. el. i. de sen. excō. q sic: nisi exꝑſſe reuocet: vt ē tex. in. c. fi. de offi. le: Vñ fm Fede. ꝓſtio. xvi. ēt statutuz factū a capitulo sede vacāte durat creato nouo cpo: nisi reuocet p ep̄z creatū q patet ar. no. ne ꝓcla. vices su. c. vlt

20 ¶ Quando ligat statutum. ſ. q statim habita noticia. de quo dic vt. ☞. lex. §. xij. ꝛ xiij.

21 ¶ Quō tollit statutū. ſ. q tollit. Jſpio p vnuz actū factū collegialiſ a statuētibꝰ vl' eoꝝ succeſſori bus ☞ statutū fm Jo. ꝛ Jo. an. i. c. ad audiētiā de clc. nō resi. ꝛ Jſpa. i. c. cū accessiſſent. de cōſti. Secūdo tollit p nō vſum: nec reqrit luxus tpis fm Jſpa. in. d. c. ad audientiā. ꝛ in. d. c. cū accef/ ſiſſent. ꝛ in. c. ꝓ illoꝝ. de ꝓcben.

22 ¶ Vtz statutū q ꝺcedit ꝓuilegiū ñ ſubdito seu exīneo possit reuocari: puta statuto cauet q qcūq venerit ad habitādū i tali territorio ſit exēptus ab oī collecta. ſ. Jſpa. i. c. nouit. de iudi. q nō q ad illos q iā venerūt: qz trāſiuit iā in qſi ☞cū q ēt ꝑn ceps obligaſ: vt i. c. i. ō ꝑba. Et ſ voluit Bar. exꝑſſe i. l. qꝺ semel. ff. de decre. ab or. fa. ꝛ in. d. l. oēs ppli. Intellige nisi ipi ꝓsentiat. Quo Vo ad illos q nōdū venerūt ꝑt reuocari. ex q res ē i/ tegra. ar. l. ſi pecuniā. i ꝑn. ff. de ꝓdt. ob cāz. Et ſ vez qñ gnāliſ fit. Secus ſi ſpāliſ fuiſſet ꝓceſſū: qz reuocari ñ posſet. Facit qō disputata p Ang. i qua determinat nō posſe reuocari statutū quo di sponebaſ: vt poteſtas haberet quartā partē ꝺē natiōis postqz poteſtas eſt electus ꝛ ☞ſ sit electi oni. Idē dic de ꝓuilegio ꝓceſſo nō ſubdito: ꝛ per hoc infert Bar. in. l. ꝓuilegia. C. de ſa. ſan. ecc. q laici q statuerunt ſingulis annis dandam cer/ tā quantitatē ꝑ elemoſyna clericis vel religioſis nō poterunt reuocare: allegat. c. ad apoſtolicam de ſymo. Hoc ſegt Jnnoc. in. d. c. nouit. ꝛ Ar/ chi. xi. q. i. quibuſqz ſuper glo. Facit qō no. Be mi. in. c. licet. de ꝓſti. li. vi.

¶ Quid ſi statutuz eſt factum ad comodum ſub 23
ditorum. ff. Bemi. in. c. licet. de cōſti. lib. vi. q aut ſubditi ☞ſentiunt reuocationi: ꝛ pōt reuoca ri: aut ſinguli nō ☞ſentiunt: ſed reuocanſ per ma iores regētes cōitatē: ꝛ tūc ſi fit ex cā legitima ſic pōt reuocari fm vnum caſum Jnno. in. c. i nra de iniur. maxīe quādo ſtatutum diſponebat ſup eo: ſup q̄ ciuitas nō erat obligata: vt ibi declarat Jnno. Aut fit ſine cā legitima: ꝛ ſic nō vz reuo/ catio i ꝑiudiciū minoꝝ iuꝛ no. per Jnno. i. c. q i eccl'iaꝝ. de ꝓſti. Hoc limito vez quādo ſtatutuz diſponit de comodo ſubditoꝝ circa bona eorum Secus ſi ☞cerneret circa exercitium iuriſditiōis: q tunc pōt reuocare: q ſuperior eſt q hz admini ſtrare. Jta ſentit Archi. in. d. c. licet.

¶ Vtrum ſtatutū iuratū tollaſ p clauſulā nō ob 24
ſtātibus qbuſcūqz ☞ſtōibus ꝛ ſtatuꝭ. ſ. gl. in. c. cū nō deceat. ō elec. li. vi. q nō. ꝛ idē dicit Aud. de ro. in ſuis no. q ꝙctio vel pactum iuratū nō tollit per gnālē clauſulā: nō obſtātibus qbuſcūqz pactis. gl. ē in clc. dudum. §. pc. de ſepul.

¶ Vtz ſtatuētes poſſint recedere a ſtatuto ☞fir 25
mato per ſuperiorē vel ſedez aplicā ſine alia lnia ſ. Jſpa. in. d. c. cum acceſſiſſent. ꝛ Bar. in. d. l. oēs ppli. tz q ſic. ☞ Bal. i. l. oiuz. C. de teſta. tz q nō. ☞ Jſpa. ☞cordat: q aut ſtatutum ☞cer/ nit ꝑncipaliſ fauorē ſtatuētiū: ꝛ ſic ē vera opinio Bar. Facit. c. ꝓ illoꝝ. de ꝑben. etiā ſi ſtatutum ꝓtineat talem materiā q nō valuiſſet ſine ſuperi/ or: vt idem Jſpa. not. in. c. cum. Ad. de cōſti. Si vero cōcernit fauorem alioꝝ vel bonum pu/ blicum ſic vera eſt opinio Bal. q nō poſſunt ſi/ ne licentia ſuperioris. Nō q cōfirmando videt ſuperior ſuā diſpoſitionem facere. Nam oia nra facimus qbus auctoritatē ipertimur. c. ſi aplice. de ꝑbē. li. vi. ꝛ l. i. C. de vete. iur. enucle.

§ Tipulatio

Quid ſit habes. ☞. pactum. in ꝑn.

¶ Vtrum ſtipulatio trāſeat ad heredes 1
ff. q ſic. l. veteris. C. de ꝓtraben. ꝛ co. ſti. qō in tellige vez fm gl. ibidē quando poteſt per alium impleri factum, ꝓmiſſum.

2 ¶ Vtrū aliqs possit alteri stipulari ꝑ altero. ℟. q̄ nō nisi sit eius seruus vel filius. isti. ō iuti. stipu. §. si qs alij. vel si ꝓcuratoꝛ. l. fi ꝓcuratoꝛi ꝑsentl ff. de ℣. ob. gl. tū tz i. c. q̄tiēs. cl. i. i. q. vij. q̄ ō iu re canonico, ꝓmittēs ticio se daturū sempꝛonio cē tū obligat. ar. c. iuramenti. xxij. q. v. marie si inuenit iuramētū. ar. l. i. ff. de ꝓsti. pecu. Item per iudices officiales: executoꝛes: tabelliones alteri acquiritur. l. eum ꝑ quo. ff. de in ius vo.

3 ¶ Quō dz cē act⁹ stipulāt⁹ t ꝓpꝛomittēt⁹. ℟. q̄ ꝓtiu⁹ q̄ si p⁹ interrogatiōz se diuertit ad alia nihil ꝑ derit. lz eodē die, ꝓmissz. l. ꝓtinu⁹. ff. ō ℣. obl.

4 ¶ Obligatio stipl̄ata sine ꝓditiōe neq̄z ad certū diē pūti die ōdet: ſz si p̄t peti illo die q̄ stipulata ē. isti. de ℣. ob. §. ois stipulatio. t. §. cū qs. Mo. q̄ nō vz stipulatio vel legatū factū i genē de aliq̄ re nulla demōstrata. ff. de iur. do. l. cū post diuoꝛtiū Sed de legato die vt. s̄. legatū. i. §. xxxiij.

§ **Tolla** quō dz vti sacerdos qñ cōi/cat t legit euangelium t dia conus habes. s̄. sacerdos. §. ijj.

§ **Tudium** clericoꝝ t religiosoꝝ. vide. s̄. mgr̄. t. s̄. scia t quō studiū liberaliū arciū ad vtilitatem eccl̄ie suadeat hēs. xxxvij. di. ō qbusdā. i poet⁹ ꝑ bibet ibidē p totū. Item in theologia comēdatur in legibus t phīsica reꝓbatur de quibus. vide s̄. magister t scia.

§ **Tultícia** dr̄ a stupoꝛe. vñ ſz Isi/do. ij. ethim. Stult⁹ ē q̄ pp stupoꝛē ñ mouet: t differt a fatuitate ſz eūdē. q: stulticia ipoꝛtat debitudinē mēt⁹. ſ atu itas ār ipoꝛtat ipius sensus ꝓuatiōz. vide de b. s̄. debitudo. Et tūc stulticia ē petīn qñ aduenit eo q̄ hō inergit se talit i terrenis q̄ nō pōt ꝓcipe q̄ dei sūt. alīs nō. ꝓcoꝛ. Tho. xxij. q. xlvi.

§ **Tultus** est qui nō vl't discē a q̄cū q̄z licite p̄t. xxij. di. de cō stantinopolitana.

§ **Tuprum** ē ioꝛdinatus ꝓcubitus quo virginalis integri tas coꝛrūpit. vel stupꝝ ē illicita defloratō virginū sub parentū cura cristentium.

1 ¶ Vꝛ stupꝛāt ℣ginē teneat ad aligd. ℟. ℙa. i. c. i. de alul. q̄ si seduxit vel decepit eā: teneꝫ eaz dotare t vltra dotatiōz eā accipe i vxoꝛē si p̄ vo luerit eā sibi dare. vt i. d. c. i. t. ij. eo. ti. vel si non vult eā accipe dz coꝛporalli puniri. Vñ sola cōsti tutio dot⁹ non liberat cū ſz cū. ℙa. si parētes vo lūt eā sibi dare q̄ si nolūt saltē ad dotatiōz teneꝫ ēt i ꝓscia: nisi ſz ℟od. ꝓponeret cum ea vel sibi re mitteret. q̄ō no. o ꝓfessoꝛ pp illos q̄ sub deceptōe accipiēdi i vxoꝛē puellas decipūt: q: tales ex quo acceperūt eas vel ꝓmiserūt accipe i vxoꝛes. t sic habuerūt copulā. q̄ teneꝫ de necessitate eas accipe lz tūc habnerit aium ipas decipiēdi t bñdi copulā q̄ si ℘xerūt cū alia mrīmoniū: vel pr̄ ñ vult eā da re saltē teneꝫ ad dotē: nisi ꝑm Tho. cēt tāta ieq̄li tas. q̄ pot⁹ decipi se ſ. nxit q̄z fit decepta. Nec alit ꝑt absolui anteq̄z ℘bat cū alia. si pētes volūt eā si bi dare nisi vere eā accipiat i vxoꝛē: t faciat dotē nisi ipa dotē sibi remiserit. ℍ er Alex. xxij. tracta tu ō stupꝛo. t ℟i. t Sco. i. iiij. di. xv. Secūdū le ges ℣o dz relegari. t dimidia pars bonoꝝ eius pblicari. Si ℣o sit vilis ꝑsona dz ℣berari. isti. de publi. iudi. §. ij. Si aūt ꝑ vim fecerit capite ple ctit. insti. vbi. s̄. §. fin aūt.

¶ Quid si ñ secuꝛit eā: ſz spōte acgenit. ℟. pa. i 2
d. c. i. tz q̄ bz ēt locū disp̄sitō ꝑsati. c. q: si ñ cēnt hois insidie tantū facinus non ꝑpetrasset. vt dic̄ ter. i. l. vnica. C. de raptu ℣ginū. Vnde ꝑsumi tur seducta. Sed ego credo vez i foꝛo ꝛētioso. Sed i ꝓscia sufficit q̄ q̄rat eā i bono statu reducē quātū i ipo ē. ſ acit regula scienti. Et q̄ō ibi not. de reg. tur. li. vi.. Et si ꝛapuit an pater teneat eā dotare. vide. s̄. dos. §. iiij.

§ **Vasio** quō obligat i dāno dato. vi dc. s̄. furtū. §. xviij. t. xix.

§ **Vbarratio** vide. s̄. spōsalia. §. vij. t. s̄. arra.

§ **Vbdelegare** nō pōt delegat⁹ p̄ncipis ēt ō̄pu tatus ad nudū ministeriū q̄ñ ē ē magnuz t graue. sicut iudicare t similia facere. Secus q̄ñ est pax quia potest. c. q̄ aūt. de iure patro. t ma/gnū seu graue t paruum arbitrio iudicis relin/quitur. c. fi. de do. t ꝓtu.

¶ Vtrū ille cui ꝓmittit p̄dicare crucē: exc̄icare 1
vel absoluere aliquos vel dispensare cum irregu laribus vel mūgere pnias possit subdelegare al teri. ℟. q̄ nō. nisi sit legatus a latere. vt in. c. fi. ō offi. dele. Similiter vbicūq̄z ꝓmittitur alicui vt il lud personalit̄ exequatur. subdelegare nō potest Et vbi in ꝓmissione videt cleeta industria p̄sone vt in. d. c. fi. Et de ℍ vide. s̄. delegatus. §. vi.

§ **Vbditus** dr̄ triplicit̄. ℙrio rō ne domicilij. Secūdo rōe originis, p̄pe vel paterne. ar. c. iij. de tē. ord. li. vi. Et i. l. i. t i. l. origie. C. de munici. t ori. li. x. ſ acit. l. assūptio. t q̄ō ibi no. ff. ad mu ni. t. l. rescripto. §. fi. ff. de mu. t ho. t talis teneꝫ ad onera p̄sonalia si ibi repiat, lz alibi trāstulerit domicilū. de q̄ ℘ Bar. in. d. l. assūptio. ſ allit in muliere q̄ ℘xit cū viro bñte aliū domicilū. de q̄ i l. fi. §. ūte rescripserūt. ff. ad munici. Tertio rōne delicti. sed large vt dicit gl. in. c. nnp. de sen. exc.

non autem ꝓprie. lꝫ ibi sortiaꝝ forum. no. glo. in cle. vnica. de fo. ꝓpe. qđ no. ꝙ statutis ⁊ alijs dispositionibus odiosis facientibus mentionem de subditis vt nō ꝓhēdaꝝ forēsis ōliquēs in territorio. Idē dic de ꝓhētibus cadē rōne. no. ℔a. in d. c. nup. ⁊ in. c. ꝓposuisti. de fo. ꝓpe.

1 ¶ Vtruꝫ subditus ratione domicilij cui iuder ꝑcepit sub pena excōicatiōis late sñie vt satisfaceret tali die alicui trāsferēs domicilū sit excōmunicatus. si postea non satisfacit. ſ. ℔a. in. d. c. proposuisti. cum Jo. an. in regula cum sunt partiuꝫ de reg. iur. lib. vi. ꝙ sic. qꝛ iam preuentus erat. ⁊ vide ibi late p eos.

§ **Ꝟbdiaconus** ideo appellaꝝ qꝛ subiacet et ꝑceptis ⁊ officijs leuitaꝝ: oblationes leuitis defert. xxi. di. cleros. Item ad subdiaconuꝫ ptinet calicē ⁊ patenā ad altare xp̄i deferre ⁊ leuitis tradere ⁊ eis ministrare vrceolū cū aqua ⁊ manustergiū cōtā eꝑo ⁊ ꝑbyteris ⁊ leuitis tenere: ⁊ ꝓ lauādis manibus ante altare aquā ꝑbere. xxv. di. plectis.

1 ¶ Vtrū teneaꝝ ad castitatē. ſ. ꝙ sic. xxxviij. di. §. i. ⁊. ij.

§ **Ꝟbormatio** lꝫ Lan. ⁊ Jen. vt refert Lar. in cle. testibus. de testi. est de aliquo falsꝫ expri mēdo ⁊ vero tacēdo in testimonio testi ꝓ aliquez facta informatio ⁊ dr̄ ornare quasi subtus i aures aliqđ malū ornare ⁊ sub colore ponere. vt in aut. de testi. §. qꝛ vero. Vñ talis peccat mortaliꝫ. ⁊ tenet ad restitutionē leso. de iureiur. c. fi.

§ **Ꝟbsanatio** differt a derisione quia derisio fit ore i. verbo cachio. subsanatio autem fit naso rugato. vt dicit glo. super illud ps. Dominus in celo deridebit eos. sed conuenit cum ea in fine quia vterq; intendit erubescentiaꝫ ꝓximi. Quō autem sit peccatum mortale dic ſm ꝙ derisio est. vt. s. derisio.

§ **Ꝟbstitutio** est secūdaria condi tionalis institutio. Nā substitutio ꝓtinet in se institutionem ⁊ ideo institutus dr̄ ꝓmus gradus et si multi fuerint instituti. Et substitutio. secundus gradus ⁊ est cū quis instituit heredem sic. talis esto mihi heres. ⁊ si nō eris vel decesseris ticium substituo iste ticius dr̄ substitut⁹. l. i. ff. de vul. ⁊ pu. substi.

5 ¶ Quot sūt spēs substitutionum. ſ. ꝙ duplices alia indirecta. alia directa. Jndirecta substitutio. siue obliqua: siue fidei cōmissaria siue ꝑcaria ē illa ꝑ quā quis capit hereditatez alio mediante. vt cum testator fidei cōmiserit. A. heredi vt heredi

tatē. ℔. restituat. lꝫ ergo ꝓ fideicōmissum. ℔. sit substitutus. A. debet hereditatē adire ⁊ adītā ℔. restituer̄. ⁊ sic. A. mediāte ⁊ operāte puenit hereditas ad. ℔. Et no. ꝙ si. A. adierit spōte hereditatē retinebit quartā trebellianicā ⁊ reliqs tres ptes hereditatis restituet. ℔. Si vero iudicis officio ꝓpulsus adierit totā hereditatē restituet. ℔. insti. de fideicō. here. §. in ꝓmis. ⁊. ff. ad treb. l. nā qđ. §. qui ꝓpulsus.

¶ Directa vero substitutio ē qua qs capit hereditatē defuncti nullo alio mediāte vel sibi coopante vt cū dicit testator. A. mihi heredē instituo. sed si ipe nō erit heres. C. si heres. ⁊ sic. C. substitut⁹ ē directe. Vnidiē aūt in quintuplici dria. quarū ꝓma dr̄ substitutio vulgaris. ⁊ h duplex. Alia ex ꝑssa q̄ fit ꝑ istā negationē. nō hoc mō. vꝫ instituo mihi heredē. A. ⁊ si ipe noluerit vel nō potuerit heres cē. ℔. sit heres vel. ℔. substituo. Alia tacita qñ. ſ. negacio ñ exꝓmit. sed includit vt cū dr̄ A. ⁊. ℔. mihi heredes instituo. ⁊ eos inuicem substituo. ꝓ hec verba eos inuicē substituo tacite subintelligit. ꝙ si ali⁹ eoꝝ heres nō fuerit. ſ. qꝛ noluit vel nō potuit qñ decessit ante aditā hereditatē alter sit heres insolidū. vt. ff. de here. insti. l. cum in testō. §. hec verba. Et dr̄ vulgaris. qꝛ a quolibet de vulgo. ſ. testatoꝛe fieri pōt. ⁊ cuilibet siue pupillo vel minoꝛi ⁊c. Et de hac habes insti. de vulga. substi.

¶ Effect⁹ hui⁹ substitutiōis ē. vt bona testatoris tm̄. que⁹ debebant venire ad institutum veniāt ad substitutum nō bona instituti. insti. de pupil. substi. §. quo casu. 3

¶ Quādo expirat hec substō. ſ. q̄ꝫcito institut⁹ adierit hereditatē siue postea decedat cū liberis. siue sine liberis. C. dīpube. ⁊ alijs substi. l. post aditā. ⁊ hoc nō solū qñ exꝑsse fit ꝑ negationē. sed et qñ tacite. Vñ lꝫ ticius ⁊ sempꝛonius fuerint instituti heredes. ⁊ ad inuicem substituti. si tñ sempꝛonius vel ticius adierit hereditatē expirat substitutio. vt in. d. l. post aditā. 4

¶ Secunda directa substitutio dr̄ pupillaris. qꝛ fit soli pupillo vel pupill̄. nec pōt tps excedere pupillare. sed expirat ad itroitū pubertatis. ꝓ et fieri in minus tps. vt si dicaꝝ. Si filius meus infra quartū vel qntū ānū decesserit sit. ℔. heres. Et hec ē dupler. ſ. tacita que nō hꝫ formā pupillaris substitutiōis: sed sub eius verbis includit. vt cū dr̄. A. filiū pupillū meū heredē mihi instituo. ⁊ si ipe mihi heres nō fuerit. ℔. sit heres. Et hec exꝑssis ē vulgaris: ex tacitis ē ꝓpillaris. Vnde siue sit. A. heres siue non. si in etate pupillari decesserit. Hereditas directo iure puenit ad. ℔. sed ex vulgari succedit tm̄ in bonis testatoris: ex 5

℔

pupillari vero succedit in bonis ⁊ testatoris ⁊ pupilli. Alia ē exp̄ssa que fit p̄ verbū affirmatiuū. ⁊ facit exp̄sse mētionem de pupillari etate. ⁊ sub ea includit̄ vulgaris tacita. vt instit. de vulga. ⁊ pu. substi. §. i. ⁊. ff. de vulga. ⁊ pupil. substi. l. iā hoc iure. ⁊ fit cū dicit̄. A. filiū meū heredē mihi instituo. Et si ip̄e mihi fuerit heres. ⁊ in etate pupillari decesserit. ℣ſ. fit heres vel substituo. ⁊ in ista requiruntur duo. s. verboꝝ affirmatio ⁊ tp̄is pupillaris cōprehensio.

6 ¶ Quid requiritur ad istam substitutionem pupillarē. ℟. quattuor. ℣ſDumū q̄ ille cui fit substitutio sit de liberis testatoris. Et accipio h̄ liberos nō tm̄ p̄ filijs: sed ēt p̄ nepotibus. Secūdū q̄ sit ipubes. Tertiū q̄ sit i potestate testatoris. Quartū q̄ ille cui fit substitutio instituat̄ vel exheredet̄. ⁊ p̄t fieri nō tm̄ ipuberi filio iā nato, sed etiā postumo: si tm̄ nascēdo eēt sub potestate testatoris si viueret ip̄e testator. ⁊ ēt nepoti. si tm̄ ñ fit reuersurus in potestatē patris sui post mortē aui. ff. d vul. ⁊ pu. sub. l. ij. §. postbumus.

7 ¶ Quis effect⁹ hui⁹ substitutiōis. ℟. ē. vt nō solū fit. ℣ſD. heres. si. A. decesserit in etate pupillari ſz ēt excludit matrē ⁊ oēs aliā p̄sonā. q̄ ipi pupillo ab itestato succedē potuisset. ff. de vul. ⁊ pupi. sub. l. lucius. Et hoc vex̄ ē in expressa. Jn tacita āt h̄z locū qñ alter filius testatoris frat̄ pupilli substituit̄. Sed si sit extraneus substitutus. tunc mat̄ admittit̄. ⁊ substitutus repellit̄. l. p̄cibus. ⁊. l. cuz gdā. C. de ipu. ⁊ ali. sub.

8 ¶ Quō cuanescit hec substitutio. ℟. q̄ p̄mo per aditū pubertatis. Secūdo si hereditas p̄ris nō fit adhuc adita. q̄ cū null⁹ apparcat heres testi paternū vī destitutū. ⁊ sic cuanescit ēt pupillaris. l. sed si p̄tor. §. sed si ex asse. ff. d vul. ⁊ pu. sub. Tertio si nascit̄ postbum⁹. de quo mētio nō ē facta i testō. ff. de vul. ⁊ pu. sub. l. si p̄ filiū. Quarto si paciat̄ pupillus capitis diminutiōz maximā mediā vel ēt minimā. ff. de adop. l. nec ei. ℟ō q̄ re ē inuēta ē: q̄ cum filius in pupillari testari nō possit p̄mittit̄ p̄ri ipi filio testm̄ facere. ⁊ d̄ herede p̄uidere. durāte tali etate tm̄. d. §. quo casu.

9 ¶ Tertia directa substitutio d̄ exemplari. ſ. qz fit ad exemplū pupillaris. sed differt ab illa. ℣ſDrimo qz illa fit tm̄ a parēte q̄ cū h̄z in potestate. hec antē fit necdū a p̄re. sed etiā a matre filio furioso vl̄ mēte capto nō exīte in eoꝝ potestate. Secūdo qz illa tm̄ fit pupillis ista adult⁹ vel maioribus. Tertio qz in illa p̄t substitui q̄libet quez voluerit. in ista nō: sed certo ordine sic. vt si h̄z liberos ei substituant̄. Si vo nō h̄z. tūc fr̄es substituant̄. Ad si nō h̄z nec filios nec fr̄es. tūc quē voluerit substituet C. de ipu. ⁊ ali. sub. l. humanitatis. Quarto qz illa expirat aducniēte pubertate. ſz hec solū aducniente sana mēte. Quinto illa solū ipuberi hec adulto. Sexto illa fit ipuberi siue sit sane mētis siue sit furiosus. hec solū fit furios⁹ ⁊ mēte captis. hec ꝓbant̄ instit. d̄ pu. sub. §. qua rōne. Et fit isto mō. A. filiū meū furiosum mihi heredē instituo: ⁊ si decesserit anteqz sanus mēte fiat. talē eius filium vel fratrē vel aliū: puta Ticium ei substituo: ⁊ sic bona vtriusqz trāsibūt ad substitutū. Et fuit equa valde vt furioso ⁊ mente capto p̄r vel mr̄ possent ꝓuidere de substitutiōe.

¶ Sed qd si aducnit sana mēs ⁊ nullo testō fcō iterū reuertit̄ i furiā. ℟. q̄ nō euanescit substitutio. al. l. qd̄ fauore. C. de legi. ⁊ magis placet. ſz alij dicāt nihilominus expirare. ar. l. q̄ quisqz. ff. de reg. iur. ii

¶ Quarta directa substitutio d̄ ꝓpēdiosa: quia sub ꝓpēdio hui⁹ aduerbij qñcū qz fit: ⁊ ptinet pupillarē q̄ al⁹ fit, plurioribꝰ ꝙbis. Et ſz h̄ dictio qñ cūqz se extēdat ad oē tp̄s. tm̄ h̄ restrigit̄ ad tp̄s pupillare solū. ℵtute boꝝ verboꝝ. ℣ſorma hui⁹ ē. A. filiū meū heredē istituo. verūtm̄ qñcū qz dict⁹ filius meus decesserit. ℣ſD. sit heres. Et sic solū i tp̄s pupillare videt̄ voluisse ꝓuidē, fil. o de substituto siue heredē. d. l. p̄cibus.

¶ A q̄ p̄t h̄ fieri. ℟. q̄ a milite ⁊ quō nō explico iz qz nō ē i vsu. Jtē a pagano. i. q̄libet ñ milite ſz os fiat filio pupillo ⁊ i ptāte exīti. Et ptinet pupillarē exp̄ssam: qz h̄z cūdē effectū. ⁊ iō solū filio pupillo. ⁊ in ptāte exīti p̄t fieri vt dixi. Verūtamē ſz hec substitutio sit directa de sui nā simplicit̄ possit tm̄ apponi in ea verba vel dictiōes vel aliqua mutari q̄ eā in fideicōmissū cōuerterēt ⁊ ad ius ⁊ ad naturā fideicōmissi reduceret.

¶ Quō hec substitutio ꝓpēdiosa p̄t ad nāz ⁊ ius 15
fideicōmissi deduci. ℟. q̄ quattuor mōis sicut sub quattuor formis p̄t fieri. ℣ſDrimo sic. A. mihi i stituo heredē. ⁊ si qñcū qz decesserit. A. substituo ℣ſD. ℳā hoc verbū substituo trahit hāc substituti onē ad fideicōmissū. vt. C. de instit. ⁊ substi. sub ꝓdi. fac. l. gnāli. §. fi. ⁊ ꝓdictū aduerbiū in h̄ casu seruat ꝓpriā significationē: ⁊ respicit oē tp̄s: ⁊ rē oi tpe suadet valere. l. quotiēs. ff. de reb⁹ du.
Hinc ē q̄ quecūqz tpe moriat̄ fuerit pupillari vl̄ maiori etate ℵtute hui⁹ verbi substituo vī rogat⁹ eē a testatore p fideicōmissuz post mortē suā restituere hereditatē ⁊ bona testatoris substituto. Si ipo instituto moriēte mr̄ ⁊ qcūqz successores siue ex testō vel ab intestato adibunt hereditatē: ⁊ adita substituto restituēt iure fideicōmissi. instit. de fideicō. here. §. sed qz stipulatiōes defalcabūt. tū ⁊ retinebūt legitimā ipius. A. si ip̄e. A. erat de liberis ipius testatoris: ad quos legitima spectat: qz

in hac testato: ꝙuare cū nō potuit. C. ō ioffi. test. l. qñ. De reliqs vero defalcabūt tertiā trebellianicā: ⁊ sic habebūt mediā hereditatē. Alterā vo mediā restituēt substituto ex iure fideicōmissi: retinebūt ēt sibi oīa bona ipi⁹. A. q⁹ testato⁹ de suis tñ rogasse intelligit nō heredis. Si vero. A. nō erat de liberis defalcabūt tñ trebellianicā: ⁊ habebit ēt alia bona. q ipe. A. aliūde quesiuit. Et ꝺ substitutio q⁹ us fideicōmissi ꝺz pōt fieri cuicūq; heredi ⁊ a quocūq; testatore. insti. de fideicō. hec. §. in ꝓmis. ⁊. §. sc. Et aduerte q ꝺz in ꝓfata forma nō addatur qñcūq; decesserit sine liberis. Si tñ. A. erat de liberis testatoris intelligeꝝ hec clausula sine liberis: q⁹ ꝓ regula ē: q⁹ qñcūq; gs rogat aliquē de liberis suis alteri hereditatē restituere post mortē suā. sp intelligit tacite hec ꝓditō. si decesserit sine liberis: q⁹ nō ē credēdū q⁹ aliqs excluſa ꝓle filij sui voluerit ad alterū puenire hereditatē. Sed in erneo herede nō inest talis tacita ꝓdictio: nisi addaꝝ exꝓsse. C. de insti. ⁊ sub. sub ꝓdi. fac. l. gnālit. §. vlt. Secūdo fit sic. A. mihi heredē instituo: sed si dictus. A. qñcūq; decesserit sine liberis. ℔D. sit heres: ⁊ hec ē totaliter fideicōmissaria: q⁹ ꝺz p istā dictionē sit heres videatur directa: tū p istā additionē sine liberꝭ trabūtur ad fideicōmissuz. vt ꝓbaꝝ in. l. secuola. ff. ad tre. q⁹ illa additio innuit: q⁹ in quocūq; tpe decesserit sine liberis. vꝭ rogatus p fideicōmissū restituere hereditatē post mortem. Et iō quocūq; tpe moriaꝝ sine liberis mr aut gcūq; successores restituēt hereditatē substituto deductis supradictꝭ. ff. de vul. ⁊ pu. sub. l. coheredi. §. cū filie. Tertio fit A. mihi heredē instituo sed si dictus. A. qñcūq; decesserit sine liberis. ℔D. substituo. Et hec omni tpe ē fideicōmissaria: ⁊ idē ius ⁊ eundē effectū ꝺz p oīa sicut duc p̄cedētes. tū rōne verbi substituo. tum rōne sine liberis: ⁊ ideo dic vt de illis. Quarto fit. A. filiū meū mihi heredē instituo. si tū filius me⁹ decesserit i pupillari etate vel postea qñcūq; sine liberis. ℔D. substituo sub hac forma ꝓbēdunt tres substitutiōes: vna pupillaris exꝓssa p hoc qō dr. si decesserit i pupillari etate. Et ex hac resultat tacita vulgarꝭ q⁹ sub pupillari exꝓssa ꝓtineꝝ. vt dictū ē. ⁊ hāc ñ pt facē nisi pr pupillo pp pupillarē exꝓssā. Tertia fidei cōmissaria ē pp illō qō dr. vl postea qñcūq; sine liberis. Sz si vult q⁹ clari⁹ iste tres ꝛfurgāt. dicat testato⁹. ℔D. pupillariꝭ vulgariꝭ: ⁊ p fideicōmissū substituo. ⁊ vna q⁹ istaꝝ ꝺz suū effectū. Ista si. A. sit heres: ⁊ i pupillari etate decesserit substitut⁹ vocaꝝ iure directo excluſa mre ⁊ alijs legitimis successorib⁹ ⁊ ꝺ pp effectū ꝓme pupillarꝭ exꝓsse q mrez repellit: ⁊ substitutū admittit. l. luci⁹. ff. ō vul. ⁊ pu. sub.

Si aūt. A. nō sit heres vel q⁹ nolit vel nō possit: tūc substitutus erit heres iure directo pp tacitam vulgarē q ēt surgit ex pupillari vt dictū ē. Si vero. A. heres erit: deinde factus pubes qñcūq; sine liberis moriꝰ habebit locum fideicōmissaria vñ eo morientē sine liberis successores restituent hereditatē eī defalcatōe vt dictū ē. Et vt dixi iste quattuor forme substitutionū nō pōt fieri: nisi filt ofamilias pupillo p pupillarē exꝓssaz que ꝓtinet in ea. Vnde o notarij ex ꝓsilio meo qñ aliqs habet filiū impuberē cui vult substituere: nō solū in pupillari: sed qñcūq; facias quālibet p se. s. ꝓmo pupillarē. Sic. A. filiū meū mihi heredem instituo. Verūtamen si dictus. A. filius meus mihi heres erit. ⁊ in pupillari etate decesserit. ℔D. heres sit vel fratres eius supstites heredes sint: deinde facias fideicōmissariā hoc mō. Si vero dictus. A. pubes factus postea qñcūq; decesserit sine liberis. substituo ei p fideicōmissum supstites fratres eius: ⁊ premortuoꝝ fratrum eius liberos in stirpes ⁊ non in capita. si testato⁹ vult q⁹ vsq; ad ipos vadat. Nam vt sis cautus. scias q⁹ ꝺba substitutiōis non extendunt vltra illos quos testato⁹ exꝓssit. Si enim institutis tribus vel pluribus filijs ita addiciaꝰ: ⁊ si aliqs eoꝝ decesserit sine liberis substituo superstites. Certe si decedit vnus eoꝝ relicto filio. deinde moriaꝰ sine liberis filius illius qui ꝓmo decessit non admittitur cum patruis vel sine patruis ad fideicommissariā hereditatem illius filij testatoris qui sine filijs decessit: quia non extitit conditio substitutionis in ꝑsona patris eius. Illos tantūmodo testato⁹ substituit qui superuiuerent illi. Et adde vt dixi. si testato⁹ sic vult.

¶ Quita directa substitutio dicitur breuiloqua 14
quia in breui continet substitutiones scilicet duas pupillares exꝓssas: ⁊ duas vulgares exꝓssas. ℔ma pupillaris est vnius alteri. Secunda alterius alteri. Vulgares etiam resultant: quia si vnus illorum non fuerit heres: quia noluerit vl non potuerit alter est insolidum heres. ⁊ fit hoc modo. Testato⁹ habens duos filios vel plures impuberes sub sua potestate potest facē hoc modo. A. ⁊. B. filios meos impeberes mihi heredes instituo ⁊ eos inuicem substituo. Hanc substitutionem ler appellat reciprocam. vt. ff. de vulga. ⁊ pupil. substi. l. iam hoc iure. Et aduerte ꝙ verbum substituo non conuertit omnem substitutionem in qua ponitur ad fideicommissariam: sed nature illius substitutionis se coaptat in qua ponitur: ⁊ eam in directo iure conservat: excepta sola compendiosa: in qua si ponatur statim eam ad fideicōmissariam conuertit. vt patet ex dictis.

Multa alia cẽnt dicẽda. sed breuitatis cã hec que magis cõsueta sũt referam vt intelligas aliqd de successione legitima.

15 ¶ Quo aũt ingredientes religionẽ excludat substitutũ. vide. s. heres. §. xviij. Et de legitima. vi de legitima. multa alia ad istã materiã

16 ¶ Substitutio talis ꝓditionis si sine liberis decedat alter sit heres euanescit etiã si naturales hz Secus si addatur legitimis nõ aũt si filios habuit. sed ꝑmorũnt. Nã videt sine liberis decedere Si autem dicatur sine herede decesserit nomine heredis soli filij intelliguñt. Itẽ si nõ hz filiũ. sed nepotẽ ex filio substitutio euanescit. vide glo. in c. in ꝑsentia. de ꝓba. vbi hec ponunt.

17 ¶ Vtrũ rogatus restituere hereditatẽ possit cã alteri alienare. ff. vide. s. heres. §. xij.

18 ¶ Quid si quis sit rogatus pure restituere hereditatẽ. nulla facta mentione de liberis. ff. q si postea habuerit filios vel nepotes substitutio euanescet. de ꝓba. in ꝑsentia. in glo.

19 ¶ Ille cuius industria ẽ electa nõ põt aliũ substituere. c. fi. de of. dele. & c. is cui. ꝺ of. dele. li. vi. l. vnica. §. ne autẽ. C. de cadu. tol. l. statu libero. ff. de statu lib. Fallit nisi velit substituere filium fm Ludo. de ro. in suis no.

20 ¶ An qs ꝑ substitutũ possit deseruire. ff. q nõ ter. ẽ in. l. nullus q nexu. C. de decu. li. x. & in. l. scitẽdũ. §. legati. ff. de lega. Fallit fm Ludo. vbi s. nisi se absentet electus ꝓ vtili sibi & necessaria cã q: tũc põt vt si vadat ad balnea. l. si absente. ff. de lega. & l. de policitationibus. ff. de polici.

§ **Vbtilitas** in iure an sit bona. Rñ. Pa. in. c. dilecti. de iudi. post Bin. Mo. Jo. an. & d. An. q aut ẽ ad capiẽdos & decipiẽdos simplices in iudicio vel extra. & hec ꝓbat vt in. d. c. dilecti. & in. c. si cupis. xvi. q. i. Aut ẽ ad interꝓtationez iuris. & tũc si ẽ rõnabilis & iuri ꝓsentanea laudat vt in. c. capellanus. de ferijs. & bonus ter. in. l. vnica. C. de ꝑfe. qui in vbe ꝓstã. li. xij. vbi dicitur q doctor legẽs debet habere subtilitatẽ interpretandi. Facit ter. in. l. nõ ꝑnt. ff. de le. & idẽ q si adhibetur extra iudicũ ad veritatẽ eliciendã etiã in foro anime. vt i. c. i. de pe. di. vi. in verbo subtilis inuestigator. Si vero est irrationabilis sicut quorundam qui tm volunt subtilizare q scipsos nõ intelligũt & verba peruertunt. sic ẽ mala. & improbat. vt in. c. i. xlix. di. vbi de hoc. & in. c. cum sancti. xxiij. q. iij. Vnde imperator in. l. vlti. C. de legibus. dicit vanaz subtilitatẽ eoꝝ derisimus quã conigẽdã censemus.

§ **Successio** vide. s. hereditas.

§ **Successor** alius singularis qui in certa re ꝓstituit. Alius vniuersalis. q in tota hereditate vel reliqua vide glo. in. c. cũ ad sedẽ. de resti. spo. & ij. q. i. c. in ꝑmis. de iudi. q: Bullermus.

¶ Quo successor teneat stare ꝓctui facto a suo ꝑ/decessore. vide locatio. §. xx. & s. dignitas. §. i.

§ **Suffragia** facta p vnuz. Vtrum possint valẽ alijs. ff. q ad acquirendũ aliquem statũ: puta beatitudinẽ. & p modum meriti valere nõ possũt: sz bene p modũ orationis. s. merito ꝓgrui sicut cuz quis p orationem alteri impetrat ꝑmam gratiam ex bonitate diuina nõ ad merita respicientis sz ad effectum. Ad acquirendũ vero aliquid qõ consequitur statũ alicuius vel ẽ accessoriũ ad statũ. sic opus vnius põt alteri valere. non solũ de ꝓgruo sed etiã de ꝓdigno. & hoc dupliciter. Vno modo ꝓpter cõicationẽ in radice meritorij operis que ẽ charitas. & sic quilibet de bono alterius hz emolumentũ si est in charitate iuxta illud. ꝑticeps ego sũ omniũ timentiũ te &c. Alio modo ex intentione facientis. vt cuz qs aliqua opa spãliter ad hoc facit vt tali ꝓsint. Vnde tũc talia opa efficiuntur eoꝝ ꝓ quibus fiũt. quasi eis a faciẽte collata. vnde põt eis valere ad satisfactionẽ implẽdã vel ad aliqd qõ statũ eoꝝ nõ mutat. Et istis duobus mõis valẽt suffragia. nedũ viuis. sed ẽt mortuis. nõ vt mutẽt eoꝝ statũ sed vt liberẽnt a penis: qõ nõ est mutare statuz: q: vt dicit Aug. in enchiridion. c. lxv. dum in hac vita viuerẽt meruerũt vt hec sibi postea ꝓdesse possent. Et illõ. ij. cor. v. Vnusqs qz ꝓpriã mercedẽ accipiet ꝓut gessit in corꝑe. illud ecclesiastes. ix. vbi dr q nõ habẽt ptẽ i ope qõ sub sole geritr. intelligit quo ad status mutationẽ. Nã ꝑmũ essentiale vel penã eternã qlibet habebit ex ope suo: nõ alieno.

¶ Vtr suffragia facta p peccatores valeant. ff. q si loqmur de ope opato. sic sacrificiuz altaris & alia sacra ex seipis habẽt efficatiã absqz ope opantis quã equaliter explẽt p quẽcũqz fiãt: si aũt loquimur de ope opantis: sic distinguo: q: põt fieri p malũ dupliciter. Primo vt p actorẽ: & sic nõ, ꝑsũt nisi forte p accidẽs: & ex ꝓsequẽti: puta p elemosynas mali hois. boni pauperes excitati orãt, p defũctis illi, p qb⁹ ille malus dedit. Secũdo vt p ministrũ ecclie publicũ: vt ẽ sacerdos q celebrat exequias mortuoꝝ: & talia sp ꝑsũt: q: malicia ministri nõ nocet opi boni actoris. Aut vt p ministrũ ꝑuate ꝑsone: & tũc si ad ꝓceptũ exãtis in charitate vel ad ꝓsortiũ: sicut cũ duo legũt psalmos vel officiũ mortuoꝝ & vnus ẽ bonus alt malus. sic ꝑsũt illi, p quo fiũt. Si vero ad ꝓceptũ nõ

existētis in charitate. qñ mādauit fieri. ⁊ sic nō ꝓ sunt de functis. nisi postea eēt in charitate. qñ talia fiūt. ⁊ de nouo demāder vel demādationez de nouo acceptet. qz sic valerēt. Si aūt erat in charitate qñ mādauit. lz postea nō sit qñ exequūt nihil omin⁹ valēt defūctis. Et aduerte q⁹ lz qs exīs in charitate de mādādo ꝓsequaī fructū opex. lz ille executor sit i mortali. nō tñ tñ suffragiū. sicut si ex eārē ꝓ existentē i charitate. qz tūc talia opa cēnt meritoria ex duabus ptibus. hec ex Ric. in. iiij. di. xlv. ar. iiij. q. ij. ⁊ ceteris theologis ibidē.

2 ¶ Vtrū recipiēs multos ad ꝓcipationē bonorū suox. sua opa sint illi minus vtilia. R. ꝙ Ri. in. iiij. di. xlv. q. nō. qz plus sibi affert illud opus charitatis. s. talis receptio bona sua cōicādo q̄z si bi detrahaī et quo ad remissionē pene sue de fructu bonox cōicatox. ⁊ talia bona sic cōicata faciēti ea in nullo minus. sed magis quo ad augmētū p̄mij in gloria valēt. Tho. in. iiij. ea. di. tenet q⁹ nō valēt ad expiationē pene ꝓprie. nisi p modū meriti de ꝯgruo. s. ex gra. non ex debito. Rō qz duo reatus nō dimittunī p vnā satisfactionē. quec nō adequaī. ꝙ p̄mū ē verius. qz charitas opit multitudinē pctox. ⁊ maior charitas plura pcta. vide de hoc. s. satisfactio. §. v.

3 ¶ Vtrū defuncti quox legata nō erequunī pl⁹ i purgatorio tardēt. R. vide executor. §. xxiij.

4 ¶ Que sūt suffragia q̄ ꝓsūt defūctis. R. Bre. q⁹ quattuor modis aīe defunctox soluunī: aut ob latōibus sacerdotū: aut ꝑcibus sanctox: aut elemosynis carox: aut ieiunijs cognatox. xiij. q. ij. aic. Et duo p̄mi modi sūt magis efficaces inquātū ferunī in deum q̄z duo vltimi q ferunī in ꝓximū. nisi forte p accidēs in quantū. s. cl'yna ipetrat p̄ma duo vel vnū cox vel aliqñ alia tria.

5 ¶ Vtr cultus exeqax valeat defunctis. R. ꝙ Ri. i. iiij. di. xlv. ar. vi. q. i. q⁹ sepultura valet p accidēs inquātū. s. ispiciētes recordanī ⁊ oīant ꝓ eis vñ dr monumētū quasi moneṡ mētē. vt dicit Aug. i. de ciui. dei. Itē valet sepultura i loco sacro. qz frequēti⁹ oīāt ꝓ exītibus apud se q̄z alibi. Et eccl'ia gnāliī magis ꝓ exītibus in loco sacro q̄z alibi: siue qz cōmēdanī alicui scō rōne cui⁹ ibi elegit sepulturā ⁊ sil'ia. Alia aūt a sepultura vt sūt ei⁹ ornamēta cādele incēsū pāni ⁊ hmōi ꝓsolationes sūt vinox nō suffragia mortuox. qz eis ꝓdesse nō p̄nt. nisi p accidēs inquātū incitāt ad orādū ⁊ alia bona faciēda ꝓ defunctis: aut inquātū pauperes fructū capiūt vel inquantū eccl'ia decoraī. ⁊ sic elemosyna ꝓputaī tobie. xij. c.

6 ¶ Vtr suffragia facta ꝓ plurib⁹ tñ valeāt cuilz sic si fierēt ꝓ quolibet eox i singulari. R. q⁹ cōis epi. theologox i. iiij. di. xlv. ē q⁹ nō. Fallit hoc i casu de quo. s. §. ij. ⁊ missa. §. liij. ⁊. liij.

¶ Quibus defunctis valēt suffragia. dic q⁹ solū 7
existētibus in purgatorio ⁊ nō alijs. Fr acit. c. cū Marthe. de cele. mis.

§ Yperbia ē appetitus ꝓprie excellētie. vnde supbus dicīt qui sup vult videri q̄z ē fm Ysido. li. ethi. Et ideo si sumaī fm ꝓpriaz spēm quā hz ex rōne ꝓprij obiecti sic ē spāle peccatū. ⁊ sic ē in ordinatus appetitus ꝓprie excellentie. ¶ Oportet ergo actualit intēdēs ꝓpriā excellentiā aliqd inordinate faciat vt sit spāle peccatuz supbie. Si vero sumaī fm quandā redundātiā in alia peccata. sic hz quādā generalitatē inquātū oia pcta possūt oriri ex ea. Et ꝫ duplicit. ¶Primo inquātū alia pcta ordinanī ad finē supbie. q ē ꝓpria excellentia ad quā ordinari pōt oē qđ qs appetit inordinate. Est secūdo gnāle pctū quātū ad effectū. qz i oi pctō ē effectus supbie. s. no subdi legi dei. sed quātū ad affectū nō ē gnāle pctū. vt qñ ꝓcedit peccatū ex infirmitate vel alia cā. ⁊ ideo ē aliqđ peccatū quo ad effectū. qđ nō ē quo ad affectū sicut volēs occidere boiez occidit patrē nesciēs. sic quātū ad effectū ē patricida. sed nō quātū ad affectū. Hec ex Fr rāciso de may. in secūdo sen. Tertio mō indirecte ⁊ p accidēs. s. removēdo. ꝓhibēs inquātuz. s. hō p supbiā ꝓtēnit legē diuinā p quā. ꝓhibet a peccādo. Et ideo Bre. xxx. mor. nō ponit eā peccatū speciale. sed reginā omniū.

¶ Vtrū sit peccatū mortale. R. q⁹ fm spēm suaz 1
accipiēdo ex genere suo ē pctū mortale qz ꝑsupponit ꝓtēptum diuine regule ⁊ legis: cui nō vult subijci ex amore ꝓprie excellentie cōsequēdo. Et hoc vex ē si sit in deliberatiōe volūtatis. ¶Dicuaricatio vero diuine legis: aut in ope: aut volūtate qñ ꝓuenit ex ignorātia vel ex infirmitate. sic nō ē supbia. Qñ vero ē solū ex ꝓtemptu sic ē supbia ꝓut ē generale viciū. Qñ vero est vt qs ꝓsequaī ꝓpriā excellentiā sic ꝓprie ē supbia ⁊ spāle pctū mortale rōne finis.

¶ Quot sūt spēs supbie. R. fz Bre. xxiij. mor. 2
q⁹ quattuor. ¶Prima cū bonuz qđ hz: a se extimat hr̄e. Secūda cū extimat qđ daī sibi supius a deo ꝓ suis meritis dari. Tertia cū se iactat hr̄e qđ nō hz. Quarta cū despectis ceteris singularit appetit videri hr̄e qđ nō hz. Aduerte ñ fz Tho. xxij. q. clxi. q⁹ vera extimatio pōt corrumpi dupliciter ¶Primo in vniuersali in his q̄z ad fidē ꝑtinēt. ⁊ ꝫ ꝓ infidelitatē. Secūdo in aliquo ꝑticulari eligibili. ⁊ hoc nō facit infidelitas. sed aliud sicut fornicator extimat ꝓ tpe illo bonū fornicari. ⁊ nō ꝓ infidelitatē sed ꝓp delectationē. Jō i vniuersali dicere fornicationē eē bonū. vel bonuz aliqđ hr̄e a

se ⁊ nō a deo vel suis meritis. hoc ptinet ad infidelitatē. ⁊ ē mortale peccatū infidelitatis. Sed q̄ aliqs ex inordinato appetitu ꝓpie excellētie. ita de bonis suis gloriet. ac si ea a se haberet vl̄ meritis suis. h ptinet ad ſuphiam. ⁊ ē mortale pctū si ē in deliberatiōe voluntatis. Nec intelligas q̄ iste spēs ſuphie ꝓsistāt in ertimatiōe. q̄ cū ertimatio ptineat ad rōnē nō cēt pctū. cū peccatū solum sit in volūtate ꝑncipaliť. Sed q̄ q̄ qs vehemēs ē appetit facilī ertimat. Jdeo pctū ſuphie ꝓsistit i inordinato appetitu ꝓpie excellentie. ex quo faciliter ertimat se ea habere a se vel suis meritis. vel q̄ plus hz. vel ceteros despicit.

3 ¶ Que sunt eius filie. ſ. q̄ sūt ambitio. p̄sūptiō arrogantia. ptinacia. curiositas. ingratitudo. iudiciū temerariū. irrisio. temptare deū. ⁊ adulatō De quibus in locis suis.

5 Superstitio

ē viciū ꝙrū religioni. nō q̄ plus exhibeat cultū diuinū q̄z vera religio. sed q̄ exhibet cultū diuinū vel cui nō dz. vel co mō quo nō dz. Vñ superstitiosi dicti sūt ſm Jſido. li. etbi. eo q̄ despcabant ⁊ inolabāt vt sui liberi superstites fierēt. glo. aūt ad cor. ij. dicit superstitio ē religio supra modū seruata. vbi accipiť methaphorice religio. sicut q̄n dicimus bonus latro.

1 ¶ Vtr̄ superstitionū diuerse sint spēs. ſ. q̄ sicz diuersa obiecta vel diuersos fines ſm b. n. actus morales spēs sortiunť. Vnde ꝑma spēs superstitionis ē. cū exhibeť cultus deo cui exhibēdus ē. sz mō indebito. vt si qs coleret deū nūc ſm legis veteris obseruantiā. Secūda ē cū cultus diuinus exhibeť cui nō debeť. s. creature cuicūq̄z ⁊ ista habz mltas sub se spēs. Mā si reuerētiā deo debitā exhibet creature ē idolatria. Si vero hoc facit vt instruat ab ea fic ē diuinatio. que demones consulit p aliqua pacta inita tacite vel expresse cuz eis. Si aūt hoc fu ꝓpter directionē humanor actuuz. ⁊ sic est superstitio quarundā obseruantiarum. Et hoc dicit Aug. ij. de doc. xp̄iana. Superstitiosum ē inquit quicquid ad cultū ē ab hominibus ad faciēda ⁊ colenda idola sicut deū creaturā vel aliā. Ecce ꝑmū subdit vel ad ꝙsultatiōes ⁊ pacta q̄dā signor cū demonibus placita atq̄z federata. Ecce secundū ꝑ subinfert. Ad hoc ergo ptinent omnes ligature execrabiliū remediorum quas non cōmendat ars medicor seu in ꝑcantationib⁹ seu in caracteribus suspendendis atq̄ ligādis. in q̄ bus omnibus ars demonū ē ex quadā pestifera hominum ⁊ malor angelorum extorta. Vnde ⁊ cūcta vitāda sūt xp̄iano ⁊ oino penitus execratione repudianda atq̄z dānāda. xxvi. q. v. nec mi x ⁊ in. c. illud. ¶ Prima aūt spēs superstitionū simplicit ē peccatū mortale. Secūda vero spēs similiter ē mortale peccatū. ⁊ de hac habes. s. sors. Si q̄n ꝙsistit solū in obseruatiōe quarūdā obseruātiarū sic aduerte q̄ solū ē mortale pctū. q̄n duo concurrūt. ¶ Primū aliqd superstitiosuz. Secūdū q̄ sciat superstitiosū force id seruans quacūq̄z intentione hoc faciat. Secus si ignoraret superstitiosuz. q̄ sic nō eēt mortale peccatū.

¶ Sed quero quō pōt cognosci q̄ tale qd sit superstitiosū. ſ. q̄ considerandū est. vtrū naturaliter videanť posse tales effectꝰ causare ꝓ qbus effectibus causandis talibus qs vult vti. ⁊ si sic nō erūt superstitiosa. lz eni cās nāles ad inducendū effectꝰ ꝓprios adhibere. Si vero nō possūt nālī causare tales effectus ꝓsequēs ē q̄ nō adhibeantur ad hos effectus causandos vt cāe: sed tm̄ vt signa: ⁊ nō vt signa diuina. Sicut sunt sacr̄alia signa. sed tm̄ vt signa vana ⁊ supuacua. ⁊ sic pertinēt ad pacta signationē cū demonibus inita. ⁊ sic superstitiosū. Nec ob. q̄ sicut corpora nālia subdunť corporibus celestibus. ita ⁊ corpora artificialia vt imagines ergo sicut illa. ita ⁊ ista sortiunť aliquas virtutes ex ipressione corpor celestiū ad aliquos effectus cāndos: q̄. ſ. q̄ nales virtutes corpor nāliū ꝙsequunť substātiales formas ip̄or quas sortiunť ex ipressiōe corpor celestiū. ⁊ ideo ex earum dē ipressione formar sortiunť quasdam virtutes actiuas. Sed forme corpor artificialiū ꝓcedunt ex ꝓceptōe artificis. Et ideo cum nihil aliud sint q̄z ꝓpositio ⁊ ordo. vt dť. ij. phi. nō possūt nālem virtutē brē ad agēdū. Et inde ē q̄ ex impressiōe corpor celestiū ſm q̄ sūt artificialia nullā sortiuntur virtutē. sed tm̄ ſm māz nālē. Et sic patet q̄ q̄ facūt annulū in tali ꝙstellatōe vel ip̄rimūt imaginē vt valeat ad febres ⁊ hmōi superstitiosi sūt. con cor. Tho. ſā ſe. q. xcvi.

¶ Vtrūz ars notoria sit illicita ⁊ inefficax. ſ. q̄ 3
sic. q̄ illa quibus vtť nō habēt virtutē cāndi sciaz vt cā: sed tanq̄z signa fiuc q̄ inefficax ē ad sciam acq̄rēdā: q̄ cū q̄rat acq̄rere sciaz nō ꝑ modū cōnālē hoi. s. adiuuciēdo vel adiscēdo oz illud expectet a deo. sicut sancti hoies facūt nō p vana: sed p vex dei cultū. aut a diabolo vt facūt q̄ arte noxia vtunť: q̄ p vanas superstitiones q̄ demones cū nō possūt illuminare intellectum. ideo nunq̄z sciaz poterūt dare. lz aliq̄n exp̄imāt aliqua documēta sciar. ⁊ ideo mortalī peccāt tali arte vtentes ⁊ vt plurimi efficiunť fatui.

¶ Vtr̄ virtꝰ imaginatiua possit imutare corpora nālia. ſ. Auicē. vi. nāliū. c. vlt. q̄ sic accipiēdo imaginatiuā ꝑ ipis virtutib⁹ interioribꝰ. vt pz 4
i trabe posita sup aquā ⁊ i terra ⁊ multis aliis explis ⁊ ēt ex̄nea q̄ nō credo. q̄ nimis exceđt

ei⁹ virtutē ēt nō intelligas in quacūq; imutatiōe
sed in aligbus alijs impedimentis sublatis.

5 ¶ Vtrū fascinatio sit possibilis. ſ. q; accipiēdo
fascinationē ꝓ illusiōe seu ludificatiōe sensuum p
artē magicā facta. sic certū ē q; ē possibilis: nisi ꝓ
bibeat a deo mediāte ministerio angelo⁹ vel scō
rū. Si vo accipiat fascinatio ꝓ inuidia. t sic ē ēt
possibilis sicut multiplicit experiētia docet. Si aūt
accipiat ꝓ imutatiōe ad malū facta in corpore al/
teri⁹ p oculos alterius respiciētis in cū. sic sil'r est
possibilis nāliī. vt dicit Auicēna. vbi. s. sed non
in oi corpore neq; ab oi aspectu. vide Ric. i quo
libet q hāc questionē formal: vnde pōt vetula in/
fecta aspiciēdo puer ip̄m inficere.

6 ¶ Vtrū herbe vel armonie habeāt virtutē ꝺ de
mones. ſ. q; nō nisi p accidēs. Mā cū actus act
uo⁹ sint i paciēte dispositō. ꝺo de aia. Si dēmō i
uenit passionē meleōnicā intēsiorē acrius vexa
bit eū i quo ē q̄n ē in maiori dispositiōe q̄z q̄n ē in
minori. Et sic cū herbe t armonie valeāt nāliī ad
talē passionē leuādā vel minuēdā. sic ꝺsequenter
valēt ꝺ demonē vt minus possit vexare illū. Sz
directe t ꝓprie nulla herba aut res corporal' pōt
agere in pur⁹ spūs nāliī. Et si aliq̄ valet ē potius
ex aliqua superstitiōe q̄ ꝓhibita ē.

7 ¶ Vtrū liceat suspēdere breuia ad collū. ſ. q; sic
si. v. ꝺcurrāt. ſ Primū q; sint noia cognita t no/
ta non ignota. Secūdū q; illa noia aut verba sint
noia sancta: puta euāgelij aut sacre scripture aut
aliq⁹ sctō⁹. Tertiū q; i eis nō ponāt alīq caracte
res seu sig̃ ꝑter signū crucis. Quartū q; nō iscra
tur aliqd vanū seu falsū. Quintū q; in scribendo
seu suspēdēdo aut portādo nō obseruet aliqd su/
perstitiosū: sicut q̄n credit minus valeant scripta
fit sic. ℭ Clericus ꝑsecutus de nouo aliqđ beneficium ꝓ expeditiõe bullaꝝ ipius indigẽs pecunijs petit a cãpsore sub mutuo certã sũmã. puta centũ ducatos restituẽdos in patria. puta turonie hinc ad sex mẽses monete ibi currẽtis ei quẽ ꝑfatꝰ cãpsor statuerit: mutuat cãpsor. sed vltra cambiũ exurgẽs ex varietate valoris monete in diuersis locis exigit. v. vel. viij. ꝓ cẽtenario tales cãpsores vsurarij sũt indubitanti. Et lz quidã conati fuerit defensare q licite põt fieri tale cãbiũ sic cũ. ꝓmo secũdo tertio quarto quinto z sexto mõ dictũ. Dicẽdo q nõ ẽ Jctus mutui. sed ꝓmutatiõis vel emptiõis seu Jctus inoiatus saltẽ. z lucruz ꝓcuruat rõne dubij vel patrie. Jdeo nõ potest esse vsura Sed cõtra ipos ẽ tertus dicti capituli fi. a contrario sensu vbi dicit. Jlle quo qz q dat de cẽ soldos vt alio tpe totidẽ sibi grani vini vel olei mẽ sure reddanꝫ. que lz tũc plus valeant tñ vtrũ plus vel minus solutionis tpe sint valiture verisimilli dubitat nõ debz ex hoc vsurarius reputari. hec ibi. Ergo a Jrio si verisimilit plus ꝑsumerent valiture tpe solutiõis cẽt vsurarius. Et iste Jctus vr emptiõis vel ꝓmutatiõis aut saltẽ Jctus innoiatus. qz dat pecuniã recepturus granũ z hmõi. q magis distant a ducatis qz sterlini. ꝓpterea tene indubitanti q ẽ contractus mutui interꝑtati cum spe habẽdi vltra sortẽ celebratus. Nec ob. q aliqñ minus. qz vt plurimũ z in extimatiõe intẽdit lucruz z inest. Et lz Archi. flo. in sũma teneat q tales solũ sũt vsurarij mẽtales. Tu tñ eos dicas cẽ vsurarios etiã reales. qz mutuũ petẽti non volũt dare nisi cũ isto pacto. Et sic ꝓz q sũt vsurarij mẽtales z reales. vnde Host. z Bof. dicit tales vsurarios quantũcũq; sub spẽ ꝓmutatiõis emptionis vel alterius Jctus palienꝫ. z oibus execrabiliores sũt. qui de nũdis ad nũdinas tales Jctus faciunt cũ excedãt centesimã fm Jo. cũ quo cõcor. Alex. lon. Est tñ Jctus in quo nõ dicerẽ contractũ vsurariũ nec illicitũ. videlicet. Est aliqs q vellet ire de Janua londres ꝓ negociatione no let secũ deferre pecunias ꝓpter picula queritali/ quẽ cui det suas pecunias hic Janue q faciat sibi respõdere totidẽ londres. sed qz ꝓpter abusum ꝑfatoꝝ mercatorum nõ põt prescire determinate quot libras de sterlini valeant sue pecunie accipit litteras fm cursũ cãbij a quodã hic Janue cui dedit suã pecuniaz z inde lucrarꝫ aliquid. Dico q si iste nõ ideo hic dat vt inde p cãbiũ lucreꝫ. sed solũ vt suas pecunias londres habeat. q tale lucrũ sibi aduenies nõ faciet cũ vsurariũ: cuz aduẽiat sibi potius rõne incertitudinis seu patrie qđ ercusat ab vsura. qñ mutuum nõ sit spe habendi vltra sortẽ. Si tamen posset scire precium sue pecunie

ꝑcise. z sic habere. z vellet hmõi litteras cambii esset vsurarius. qz iã intẽderet lucrum ex mutuo nec incertitudo cũ excusaret dicto capitulo fi.

ℭ Vtrũ deponens pecuniã apud campsorẽ vel mercatorẽ vel artificẽ ꝓ qua qz negociatur dat đ ponẽti certũ quid ꝓ centenario licite recipiat. fl. fm Bal. in. l. i. C. ꝓ socio. Aut talis deposuit i specie. z tũc qz illicite vsus ẽ pecunia deposita te/ neꝫ omne lucrũ restituere deponẽti. qz ex re illi locupletiorꝰ factus ẽ. ar. l. qui sine vsuris. ff. de nego. ge. Sed ego nõ credo in ꝓscia q teneatur de necessitate p ea que dixi. Restitutio ꝓmo de lucro q vsurarius ꝓcepit ex pecunia vsuraria. qđ non teneꝫ restituere. Aut vsus ẽ licite. qz deposuerat in numero. z tũc si deponens non habuit animũ fenerandi. z campsor liberaliter dat: vel ex quadã equitate sic licite recipere potest sine vsura. Si vero dat ex quadaz necessitate credens se obligatum excusatur deponens qz diu bona fides durat scilicet credẽs q liberaliter dedit. Naz obligatio antidotorũ iustã parit receptionẽ p errorẽ soluti l. si testamento. §. i. ff. de fideiuss. Si vero deponẽs habuit animũ aliquid habẽdi lucri. sic vsurius ẽ. qz verũ mutuũ ẽ cũ spe habẽdi vltra sortẽ cũ sit in numero non in spẽ: nisi deposuisser rõne societatis cũ piculo suo. sed quo ad restitutionem dic vt. s. restitutio. i. in verbo vsurarius.

ℭ Vtrũ deponẽs pecuniã dotalẽ apud mercatorẽ ita q sit salua z recipiat aliqđ de lucro fit vsurarius. vide. s. dos. §. xi. z societas. i. §. vij.

ℭ Circa contractũ emptiõis z venditiõis. qz se ꝑpe interuenit mutuũ verũ vel interꝑtatuz. Jdeo plura querunt.

ℭ Vtrũ mercator seu artifex sit vsurarius q illi qui statim soluit rẽ vendit ꝓ minori ꝓcio qz illi q nõ soluit incõtinẽti. sed vult terminũ. fl. ꝑsuppono ꝓmo qđ dicit Sco. in. iiij. di. xv. q. ij. z Ric. in. sj. quol. q. xviij. arti. iij. q. pensatio valoris rerũ vsualiũ nõ põt fieri a nobis nisi p cõiecturalẽ seu ꝓbabilẽ opinionẽ. Et hoc quidẽ nõ ꝑcise sed sub quadã latitudine equalitatis. vñ punus excessus equalitatẽ illã nõ corrũpit. sed tũc solum qñ ẽ ibi tãtus excessus q inequalitas clare vr. Et talis excessus Jctũ vicioſũ reddit. Et hꝫ ꝑsupposito. fl. ad. q. cũ distinctiõe. q aut talis vẽditor nõ excedit ꝑfatã equalitatis latitudinẽ cuz illo q vult terminũ. lz ꝓ minori daret si statim solueret ꝓciũ Et sic nõ ẽ vsura. Exemplũ ertimaꝝ pecia talꝫ pãni ab aliqbus. x. ab alijs. xi. ab alijs. xij. stati solucnti libẽri daret ꝓ. ix. vl. x. nõ solucti. vult. xij. nõ ẽ vsura cũ nõ excedat rõne tpis equalitatẽ latitudinis iusti ꝓcij. Si vero ꝑfatã latitudinis equalitatẽ trãsceꝺeret. vtputa qz vellet. xiij. vel. xiiij.

sic esset vsura. c. ꝓsuluit. de vsur. Idē dic de eo q̄ nō vult ꝓrogare terminū debitori nisi aliquo dato. d. c. ꝓsuluit.

59 ¶ Quid si ex inucterata mala ꝓsuetudie ⁊ pauscitate pecunie currētis cōit vēdit ad tps plusq̄z ipse emere posset emptorē stati soluēte. ſ. S. Tho. i quadā. q. ⁊ Bra. obdo. in suis ꝛctib⁹ q̄ si tales solū ꝺ faciūt vt iustū p̄ciū excedat q̄ nō erunt vsurarij. vñ ne decipiaris. attēde si p̄ciū occurrēs sit iustū an nō. Et hoc tibi demōstrare poterit si attēdat an mercatores si vēderēt tali p̄cio ꝓsiderato laboriꝺ⁹ ⁊ ceteris debitū lucrū cōit reportarēt: q̄ si sic eēt plus nō posset vēdi sine vsura. Si vero nullū lucrū cōit haberēt sic ē clar. q̄ nō ē iustum p̄ciū. illud q̄ꝺ tarat de p̄senti soluēti. sed hoc ꝓpriat potius ex nimia cupiditate pecunias habētiū q̄ tali p̄cio volūt emere. vt postea mō suo vēdant Et iō si plus vēdūt illo p̄cio ad tps dūmō iustum p̄ciū nō excedāt q̄ꝺ deberet valere. si talis cōputela nō eēt: nō erit vsura: q̄ nihil vltra debitum exigūt rōne tpis. Aduerte ēt q̄ si qs eēt in tali loco i quo cōit emētes nō habēt pecūias. sed emūt ad tps posset vēdere aliq̄d plus iusto p̄cio occurrēti sine vsura. Nō q̄ mercator pōt magis extimare mercātā illā q̄ tardius exp̄ēdit q̄z q̄ citius. Et ideo fi plus aliq̄d vēdūt solū habēdo respectū ad lucrū q̄ rōnabiliꝰ deberēt reportare ex tali negociatiōe nō erit pec. nō ꝓdēnabo eos si tm̄ plus solū vēdūt ad tps q̄ moderatū lucrū reportēt pēsatis laboribus ⁊ exp̄ēsis ⁊ ceteris hmōi. non haberet tñ locū istud i illo q̄ defert aliqs merces ad aliquē locū vbi credebat multū vēdere ⁊ lucrari posse, pter eox raritatē. Sed q̄ alie multe supuenerūt vides q̄ nedū lucrū. imo dānū reportaret si venderet p̄cio occurrēti vēdit ad tps plus vt sic non patiat̄ dānū: q̄ hoc eēt vsura. Sicut eni noluisset minuere de p̄cio si nulle alie supuenissent. ita ad ueniēte habūdātia rōne tpis nō poterit aliq̄d plꝰ vēdere. Mā in casu isto hz locum illud q̄ꝺ dicit. Res tm̄ valet quātuz vēdi pōt. l. i. §. si beres. ff. ad trebel. ⁊ l. q̄rebat. ꝑmo. ff. ad. l. falci. ⁊ l. fi qs vxor. §. vlt. ff. de fur. Sed in casib⁹ supiorib⁹ limitat̄ vox. q̄ res tm̄ valet quātū vēdi pōt. ſ. si p̄dicta abusiua ñ obstarēt. Et ita rñdit Tho. fa fe. q. lxxvij. ad. l. p̄cia. ff. ad. l. faci. Vbi dicit Trecia rex nō ex affectu singulox. sed cōit fungunt dicit vox: nisi affectio sit rōnabilis ex parte vēditoris. vt ē in p̄dictis duobus casibus non iusto vltimo.

60 ¶ Vtrū vendēs rē alicui q̄ pecunia indiget vt statim reemat ꝓ minori p̄cio sit vsurarius. ſ. q̄ fic. q̄ pinde ē ac si pecuniam mutuaret. Et iste ē ꝓtractus pessimus. q̄ dicit stoch ⁊ bistoch. q̄ cōit plus vendūt. Et sic vnū gladiū infigūt. ⁊ postea minus recmunt. Et sic alū gladiū iponūt. Si tñ simplicit̄ qs vendidisset ꝓ iusto p̄cio nō cogitās reemere. ⁊ emptor nō inuenies emptorem vellet vendito: i vēdere ꝓ minori nō eēt vsurarius minus emēdo. sed posset eē iniusticia. ⁊ cōiter in eo accidit. Et ideo illicitus ꝛctus.

¶ Vtrū vēdēs rē ad tps plusq̄z cōi extimatiōe valeat. sed tñ plus valet vel valore nāli vl̄ ꝑpetuitate emētiū: vel q̄ erat multū vtilis vēdēti. ⁊ fz illud exigit p̄ciū sit vsurarius. ſ. fm Sco. ⁊ Rich. vbi. ſ. ⁊ Tho. fa fe. q. lxxvij. q̄ res si pōt ext iari vt tali p̄cio vendat̄ salua iusticia. Nec fm valorē naturalē. q̄ sic musca valeret plusq̄z totū aurū mūdi ⁊ oia inaiata. Nec fm vtilitatē ementiū: q̄ sic herba medicinal̄ vl̄ potio q̄ valet alicui ad liberationē a morte ꝓcio ĩestimabili foret vēdēda. Sz oz extimeꝰ cōi extimatōe fm q̄ dictuz i. lix. §. Et iō si plus tali extiatiōe vēderet rōne tpis erit vsura. Si nō rōne tpis sz alio respectu erit iniusticia nisi vēdat sciēti ⁊ volenti. vt. ſ. emptio. §. vij. Bene āt posset plus extiari q̄z valeat res cōi extimatiōe sine vsura rōne ꝓpriē vtilitatis. puta habeo rē multū mihi vtilē ex q̄ multū mihi ꝓfitio ⁊ ex eius absentia multū dānificabor: ꝓpterea licet instanti postulāti eā sibi vēdere nō quātū valet cōi extimatiōe sed quātū ē mihi vtilis ⁊ quātū extimat dānū ex eius carētia. Et iō nō eēt vsura q̄z interueniret tps solutiōis fidē. Nō quia res salua iusticia pōt tali p̄cio vendi. Et ideo plꝰ q̄ꝺ accipit̄ nō accipit̄ ex tpe sed ex natura rei. Iz q̄ ad apparētiā videat vsurarius.

¶ Vtrū vēdēs vinū vel frumētū ⁊ hmōi ꝓ ꝓxcio q̄ꝺ currit cū pacto tū. q̄ si plus vsq̄z ad pascha valuerit illud plus vult. si vero minus non vult minuere p̄ciū sit vsurari⁹. ſ. q̄ fic. facit. l. pe. C. ꝺ solu. ⁊ l. q bona. §. fi qs. ff. de dā. infec. no. Archi. xiij. q. iij. §. i. ⁊ Io. i sū. Facit. l. si non fuerint. §. aristo. ff. ꝓ socio. Hoc itellige q̄ sit vsura q̄n talc pactū facit rōne dilatiōis solutiōis. alit eēt iniusticia nō vsura. vñ Sco. i. iij. di. xv. q. ij. ar. ij. ponit duas regulas circa hāc mā obſuandas Prima ē q̄ vēdēs nō vēdat tps: q̄ nō ē suum. Secūda q̄ nō ponat se in tuto de lucro vel semp vel vt in pluribus. alit ē vsura.

¶ Vtrū emēs a Iohāne centū q̄ꝺ hñe hinc ad tres ānos a petro seu ꝓ legato seu ꝓ ficto molendini vel qualitercūq̄z ꝓ rcv. q̄ tūc soluit de p̄senti sit vsurarius. ſ. q̄ aut ad instātiā Iohānis emit aut spōte. si ad instātiā Iohānis solū. ⁊ ꝓpterea minus emit q̄z extimat verisimili interesse suum puta q̄ volebat de ipa pecunia negociari negociatiōe qua verisimiliꝰ lucratus fuisset tñ deductis

periculis ⁊ laboribus: vel q; tñ minuꝰ quãcũ ex timat laborẽ in rehabẽdo ⁊ picula ⁊ hmõi. sic nõ ẽ vsura. Mã nostra interest litibus ⁊ sumptibus nõ verari. vt in. l. minoribus. ff. de minoribus. Si vero spõte ⁊ ꝓncipalĩ facit pp lucrũ ⁊ minut ꝑciũ solũ pp hoc q; nũc soluit vt in futura rehabe at plus pp prematurã solutionẽ. sic ẽ vsura. c. fi. de vsu. Et in hoc ꝓuenit Jo. an. in addi. ad spe. Mec ob. illud qõ dr plus soluit q ante tps soluit. insti. de ac. §. plus. ⁊ de plus pe. c. i. q; illud ẽ verũ in eo q ante tps soluẽdo patiꝰ aliqõ interesse. ⁊ ideo cogẽs eũ plus pet t. Vnde ista plus petitio siue sit respectu tpis. q; cũ obligeꝰ hinc ad annuꝫ solũ: ⁊ tñ hodie exigitur: siue sit respectu rei: puta qõ debeꝰ tpe messis petiꝰ tpe anteriori quo plus valet: siue sit respectu loci: puta qõ debeꝰ in vno loco petiꝰ in alio: siue sit respectu cãe. Exempluꝫ vt qõ debeꝰ alternatiue vel nõ ẽ obligatus petiꝰ determinate. tñ solũ põt diminuere quãtum estimat interesse suũ verisimiliter: siue lucri cessantꝫ: siue dãni emergẽtis. alias pp prematurã solutionẽꝫ diminuere de ꝓncipali eẽt vsura. sm Tho. ita ꝑ q. lxxviij. in responsione vltimi articuli. Jdẽ dic de illo q vadit ad artificẽ debitorẽ mercatori. p pãno de cẽtũ q̃ dꝫ hinc ad annũ ⁊ facit sibi dari. xcv. mõab artifice. ⁊ ipe se obligat soluere centũ i termino mercatori sm ꝑdictã distinctionẽ. Aduerte tñ q; si talis pecunia seu debitũ eẽt litigiosũ nõ liceret emere. de quo dic vt. ff. cessio actionũ. p totũ. Jtẽ si eẽt mutuũ vel comodatũ factũ alicui vsqꝫ ad tres annos. ⁊ supueniret casus in quo mutuãs vel comodãs indigeret ⁊ vellet sibi restitui nõ liceret comodatario vel mutuũ accipiẽti aliqd minuere. p interesse suo: qñ sibi interesse icurrit mutuãs ⁊ comodator: nec aliũde ꝓuidisset vt ipsum euaderet si tal' comodator vl' mutuãs sibi subueniret. Et sic intellige ⁊ limita. l. in rebus. ff. como.

64 ¶ Vtrũ emẽs pagas. puta de. lxxviij. ad rõnẽ de. xv. solidis ꝑ libra. q; sic ẽ cõis eoꝝ extimatio Januẽ sit vsurarius: cũ postea sit habiturus verisimiliter hinc ad duos annos. xx. soldos ꝑ libra ℔. Quidã multũ errãtes conati sunt simpliciter asserere nõ eẽ Ꝺctũ vsurariũ: sed solũ turpe lucrũ Aliq etiã direrũt q; licite fit. Aloti. Primo q; talis nõ ẽ Ꝺctus mutui sed emptiõis in quo vsura eẽ nõ põt sed solũ iniusticia. Secundo q; inest piculũ ⁊ labor in rehabẽdo. Tertio q; cõis extimatio nõ plus iudicat valere. Quarto q; sicut plus valet fructus maturus ⁊ pfectus q̃z acerbꝰ: ideo licite qñ ẽ acerbus minus emiꝰ. Sed certe iste rõnes nihil valẽt: q; ly formaliꝫ fit Ꝺctus emptiõis: tñ equiualentẽ ẽ mutuũ cũ spe habẽdi vltra sortem qõ sepe coopiꝫ sub Ꝺctu emptiõis. vt ꝓ in. c. consuluit. ⁊. c. in ciuitate. ⁊ clarius in. c. fin. de vsu Mec labor seu piculum excusat: q; verisimile nõ ẽ. q; nõ habeat totũ ⁊ sine oi labore in tpe. Jdeo minutio precij fit solum tpis. qõ ꝓ. q; quãto plꝰ tarde habent soluit. tãto minus emunt pp prematurã solutionẽ. Et cõis extimatio ẽ corrupte la tet. Est memoria hominum qui recolunt q; sub cõi extimatione cadebat q; contractus vsurarius esset. Et sic perseuerassent nisi fuissent qdã magistri in theologia non bone ꝓscie qui sine oi fundamento iuris imo ꝓtra ter. apertũ a ꝓtrario sensu in. c. fi. de vsu. licitum esse ꝓsuluerunt non intelligẽtes q; ly fructus agrestus minus possit emi q̃z maturus. non tñ minus q̃z qñ cõputatis piculis semp plus sit valiturus q̃z emaꝫ: q; etiã si ematur tanto minus pp prematurã solutionem q; verisimiliter plus debeat q̃z minus valere certe vsura erit. p ter. clarum in dictis. c. preallegatis. Si dꝫ ergo licere oꝫ q; pp prematurã solutionem nõ minus ematur. quin possit etiaꝫ minus valere. imo plus dicit. d. Ꝺpe. de ancha. in disputatione montis florentie q; si qs emeret ad duos vel tres ãnos ipresentia vel loca predicta ⁊ peiceret magisq̃z dedit q; esset vsura. q; non ẽ vere emptio cũ reddit' sit de ꝓprio reuersurus ad venditorẽ: nec locatio. q; pecunia statim soluiꝰ ꝑ alia pecunia. vnde accedit ad Ꝺctum mutui. Et ꝓpterea mihi videꝰ dicendum sicut de casu precedenti. q; si qs ad istã tiã amici emit pagas predictas q potius vellet negociari cũ suis pecuniis q̃z talia emere q; poterit tãto minus emere quãtum extimat verisimiliter interesse suum. Propter piculũ vero vel laborẽ nõ credo posset plus de vno soldo minuere cũ iudicio cõi nõ extimeꝰ aut valde modicũ qd. Si vero qs iõ emit ꝑfatas pagas vt sic lucreꝰ. vsurariꝰ ẽ. Et sic fua i ꝓscia. q; nõ inueni q posset aliter determinare: q̃zuis aduocatus fuerim cora doctoribus ⁊ magris ꝑ ista materia. Concedo tñ q; formaliꝫ nõ ẽ Ꝺctus vsurarius. sed bene equalent. ⁊ in re ⁊ in cõscia ⁊ quo ad dcum. sicut ꝙ in simili dr in. d. c. in ciuitate. ⁊. c. fi.

¶ Fit alius contractus qui dicit emptio scripta 65
rum banchi qui fit hoc modo. Debet quis habere in bancho talis campsoris centum: sed q; campsor non tenetur soluere nisi hinc ad tot dies vel menses vendit istam scriptam. Hoc est ista cẽtũ ꝑ. xcv. alteri statim soluenti. De quo dic vt de superiori casu dictum est.

¶ Vtrum emens predium vel domum cum 66
pacto de retrouendendo vsq̃z ad tot annos: vel semper faciat fructus suos sine vsura tpe medio anteq̃z recomperetur. ℟. q; sic si bona fide absq̃z fraude emaꝫ. hoc ẽ q; in veritate intendat emere

ꝛ solū pactū de retrouendēdo faciat ex ꝓplacentia venditoris. ꝛ q̄ potius velit ne recipere. t. sed sibi libere dimittere. Et q̄ liceat p̄z p. l. si fundū. C. de pac. inter. emp. ꝛ vē. ꝛ. l. quotiēs. ff. de in dic. adicc. ꝛ tz Aug. sequit Archi. in. c. pleriq̄z. xviij. q. iij. ꝛ Inno. Jo. an. ꝛ cōiter doc. in. c. ad nr̄am. de emp. ꝛ vē. Si vero emeret in fraudem q̄ intēdit mutuare nō emere. ꝛ si crederet vēdito rē nō recuperaꝝ nō emeret fic eēt vsura palliata sub tali vēditiōe. Et sic p̄sumit̄ fm doc. i. d. c. ad nr̄am. ex tribus. ℣ Primo q̄n p̄ciū ē modicū respectu rei. ℣ acit. l. q̄zuis. §. cuz essem. ff. ad veley. ꝛ hoc marie q̄n posuit pactū q̄ nisi redimat infra certū tp̄s nō possit postea recimere. q̄ vī pactū. l. cō missorie. ſ. mutuasse. puta cētū ꝛ recepisse pignus de centū. xxv. ita q̄ nisi redimat infra tale tp̄s sit amissū. Nec ē q̄ res nō tm̄ valet si vēdat cū tali ꝓditōe q̄ sp possit reemi q̄z si vēderet simplr̄ ar. l. fūdi. ptē. ff. de J. ēp. Sc̄o p̄sumit̄ i fraudē: q̄ nō fit pactū vt restituat aliq̄d plusq̄z fuerit p̄cium vt no. i. c. illo vos. de pigno. ꝛ. d. Ant. i. d. c. in dioceſi. ō vsu. Tertio si emptor ꝓsueuit exercere vsuras. l. q̄ si nolit. §. q̄ assidua. ff. ō edil. edic.

67 ¶ Vtrū emēs cū pacto de retrouēdēdo apponēs clausulā q̄ nō vult possit redimere ante quinquēniū vel decēniū sit vsurarius. ſ. Jo. an. in. d. c. ad nr̄am. in nouella tenēt q̄ p̄sumit̄ i fraudē vsure. Sed ego dico q̄ si hoc facit bona fide. puta q̄ vult ipiguare possessionē q̄ pingue/do nō p̄sumit̄ vsq̄z ad tot annos. ꝛ ꝓterea non vult reemat. nisi sibi alio mō velit satisfacere ō expensa fic l̄z. Si vero sit in fraudē vt lucret' fructꝰ ex pignore simulato. fic ē vsura.

68 ¶ Vtrū emēs cū pacto de retrouēdēdo ꝛ locās vēditori p̄ certo affictu sit vsurarius. ſ. q̄ nō si sine fraude sit vt dictū ē. s. Esset tñ illicitꝰ si ex pacto comodū vel incomodum excepto ꝓstituto affictu p̄tineret ad vēditorē. Nā hoc ē ꝓtra naturaz emptiōis cū rei empte comodū vel incomodū debeat p̄tinere ad ēptorez. l. illud. ff. de p̄i. ꝛ ro. re. ven. nisi affictus eēt ita modicus q̄ vēditor relinqueret in illo in quo grauat̄ J̄ natura J̄ctus. Jtez redditꝰ illicitus q̄n ipe vēditor nō posset se q̄n vellet ab hmōi ꝓductiōe liberare: q̄ cū talis obligatō vendicet partē p̄cij. d. l. partē fundi. ꝛ emptor solū iustū p̄ciū rei soluet sic habebit. s. iustū p̄ciuz istā obligationē. Et idez dic similiter si vellet q̄ obligaret se ad ꝓducēdū q̄ eēt illicitus. nisi i alio alleuiaret ꝓductorē. ℣ Presumit̄ tñ vsurari⁹ ex p̄dictis in ante p̄cedenti. q. ꝛ et q̄n. pp̄rios fundos venderet ad hmōi contractꝰ faciēdos cū non p̄sumat̄ in continenti velle contraria agere. l. non ad ea. ff. de ꝓdi. ꝛ dem̄.

¶ Vtrū emēs tp̄e messiū granū vel vindemia/ 69
rū vinū, p̄ p̄cio q̄ tūc valet cū pacto q̄ tot mensure sibi reddantur tp̄e paschali sit vsurarius. ſ. Mo. in sū. ꝛ Jo. an. cū glo. in. d. c. fi. q̄ sic. xviij. q. iij. vſa. Nec ob. q̄ aliq̄ sunt viliora. q̄ ad ea q̄ raro eueniūt nō ꝓsiderāt leges. l. nā ad ea. ff. ō legi. in aut. vt sine ꝓhibitiōe. §. q̄ vero post multa. ꝛ cōis cursus ē q̄ sint cariora q̄ extūnādus est. c. certificari. de sepul. ꝛ. l. i. §. i. ff. de fluminib⁹.

¶ Vtrū emēs frumētum vinū ꝛ hmōi tp̄e quo 70
colligit̄ vt postea carius vēdat alio tp̄e sit vsurarius. ſ. q̄ nō. Est tñ turpe lucrū. ℣ Primo si est ecclesiastica p̄sona q̄ hoc facit. xvij. q. iij. c. geunq̄z tp̄e. Secūdo si hoc facit pp auariciaz. ſ. vt carius vendat nulla alia necessitate pensata vel vtilitate aut vt caritatiā inducat talit̄ q̄ hoies coganꝫ emere ab eo. ꝛ ipe ad libitū possit vendere. Et sic peccat mortaliter. ꝛ credo teneat restituere dampnuz si q̄ dedit ex hoc cōitati siue alicui q̄ alio mō sibi, p̄ uidisset. si talis nō ipediuisset talit̄ emendo. sicut faciūt illi q̄ stāt in porta ciuitatis vt totū granū nouum emant. ꝛ, p̄curant ne deferat̄ in plateam ad vendēdū. Et de istis intellige p̄fatū. c. quicūq̄z. Si vero talis emeret, ppter bonū cōe. vt, fecit Joseph. ſ. vt, puideat ne populus suus fame pereat sic mereret̄. Si aūt emeret, ppter, puisionē suaz ꝛ suoꝝ ꝛ postea nō indiges tāto. illud vendit q̄ supest p̄cio occurrēti. Vel si facit hoc pp exercēdā iustā ꝓmutationē p̄ modū mercāc̄ie: nō vt caritatiā inducat. sed potius vt lucrū aliq̄d ex ope suo recipiat pp sustentationē sue familie. vl̄ pp pietatē vt dispēset in paupes. sic l̄z dūmō moderate faciat. ꝛ caritatiā nō inducat. Hec ex Inno. Host. Ray. Rodo. ꝛ sūmistis. ꝛ ℣ de. de anch. in. c. i. de vsu. li. vi.

¶ Quid de his q̄ emūt oues vel boues ꝛ hmōi 71
a paupibus quos nō babēt. ſ. Rodo. q̄ si emēt a paupe vel diuite scit vel credit ea nō habere ꝛ q̄ si iā ea tradidisset locat ei p̄ p̄cio annue p̄siōnis sic cōmittit vsurā. q̄ clare p̄z q̄ fit in fraudē vsurarū. Si vero credens eos habere sine fraude ꝛ bona fide emptio fiat nō ē credēdum q̄z diu bona fides durat emptorē peccare. nec ad restitutionē teneri de consumptis bona fide durāte. sed de ex tantibus vel inquātū factus est locupletior credo teneat in casu q̄n oio ab alio nō emisset. nec aliq̄ō interesse patit̄ ex tali emptiōe.

¶ Quid de emēte equos ꝛ hmōi sibi reddēdos 72
a vēditore in certis nūdinis, p̄ minori p̄cio q̄z valeāt tp̄e J̄ctus. ſ. Rodo. q̄ ē vsura. nisi verisimiliter dubiteꝫ vel credat plus vel minus sint valituri tp̄e solutiōis. vt p̄z ex supradictis.

¶ Vtrū locās rē quā extimat cū pacto q̄ liber/ 73

cūq; ꝑdaꝫ seu deterioꝛeꝫ vult ꝑciū rei siue recupa re cū aliquo lucro sit vsurariꝰ. ℟. q; sic. q; vt not. Bar. in l. si vt certo. §. nūc videduꝫ. ff. como. ⁊ l. i. eo. licet extimatio non faciat semper venditio nem. tñ cū tali pacto facta. videꝫ facere venditio nē. Et ideo ꝑinde ē ac si vēdidisset. q; ꝑciū erpe ctat exigit vltra sortem. Et sic vsura ē: aut saltem ꝓtractus illicitus ē ⁊ pniciosus. Et ideo restitue re teneꝫ qđ vltra sortē accipit.

74 ¶ Vtrū mutuās granum vetus ⁊ hmōi. vt po stea recipiat nouū sit vsurarius. ℟. Ho. ⁊ Bof. volūt q; sit vsurarius solū qñ facit h vt meliorati onē recipiat. Sed si facit ne frumētū peat. ⁊ vt ac cipiēti gram faciat. nō erit vsurarius. Dūmodo fm Rodo. nō auferat libertatē debitoꝛi liberādi se vetus soluēdo ⁊ placet. q; si sine aliqua iniusti cia ⁊ ꝑiudicio alterius ꝓsequoꝛ vtilitatē meā non ero tibi iniuriosus. maxime qñ tpe solutiōis veri similiꝫ nō erimaꝫ plus valiturum. al's nō liceret Idē dicendū. fm Mdonal. si aliqs haberet equū de quo nihil facit acciperet mutuo ab aliquo cen tū cū tali pacto q; teneat equū suū ⁊ pascat cū ⁊ vta tur euꝫ sine ꝑiudicio eq. q; talis accipiēs non erit vsurarius. Nō q; nullū dānuꝫ facit. primo. imo alleuiat cū pascēdo equū. Idē diē ꝺ domo pigno rata mutuāti q; vtilis ē sibi: q; eā locare non vult vel nō pōt ⁊ mutuans custodit domum a ruina. Propterea addit q; in istis casibus ꝓsiderādū ē pꝛeꝫ mutuū. Vtrū pares sint vtilitates hinc inde Et si pares sint. nō erit vsura. vt in casibus ꝑdi ctis. q; in quo hz equū alleuiat aliū ab expēsa. ⁊ q hz domū conseruat eā. cū dñs nullū lucrū ex ipis esset habitur⁹. qꝺ bene no. q; facit ad multa. Nō tñ extendes ista ad lucrū q; quis facit ex pecunia mutuo accepta.'

75 ¶ Vtrū dās decē vlnas pānī, p alijs decē in fu turo dādis sit vsurarius. ℟. Rodo. q; nō. q; est ꝛctus pmutatiōis. ⁊ cū dicit de mēsura. intellige de mensura modij ⁊ lagene, ⁊ ceteroꝝ vasoꝝ. qui bus grana vel liquida mensuranꝫ.

76 ¶ Vtrū habēs pecuniā quā timet in futuro tpe minorari iuꝛ ordinatiōes dñoꝝ vel ciuitatū poſ sit sine vsura ipam dare alicui ꝫ pacto vt sibi red daꝫ i equali ꝑcio in quo ē qñ ei dat. ℟. fm Aler. lō. in quoꝫ. q. de vsu. q; sic. si ille q recipit mor ex pendere vult in tpe in quo tñ valet. q; nil vltra sortē recipit. Mā potuisset etiam aliqd emere qꝺ postea vendens rehabuisset equalens pecunie. ⁊ placet mihi. Mā q; uis in mutuo nō liceat spera re lucrū. tñ vitare dānū sine damno alteriꝰ licet: lz aliquit teneāt q; sit vsura.

77 ¶ Vtrū ciuis a quo cōitas eius indigens pecu nia accipit cētū ꝓ eius voluntatē licite sine vsura

poſſ ⁊ recipē certū qd. puta. viij. libras, p centenā rio qꝺ sibi annuati ipa cōitas cōstituit: ℟. diuersi diuersa scripserūt. sed saluo meliori iudicio. mihi videꝫ distiguēdū: q; aut cōitas ipa hz ānnos red ditus: aut nō. Si hz sicut est ciuitas Januę. ⁊ de ipis redditibus assignat certā ptē tali a quo pecu nias habuit fm ꝓportoꝛ pecūe habite. ita q; tñ habeat oī anno de tali redditu. fz q; redditus ipe bene vel male rñdet. sic licite talis accipit: q; talis cōitas talē pecuniā accepit nō noie mutui: cū nun qz velit eā reddere: sed, p ꝑcio talis ptis suoꝝ red dituū quos, p solutiōe pecunie habite vēdit tali ci ui. Et sic ē emptio redditūū ciuitatis q̄ fieri pōt si ne vsura. vt. §. dictū est. §. rliij. Nec ob. q; ꝓfati ciues nō intēdebāt emere: quia lz nō intenderēt emere. tñ cōitas potuit eis dare, p ꝑcio talē reddi tū insolutū. Et sic erit emptio ⁊ vēditio: sicut poſ set eis aliquā possessionē dare insoluti ꝓ coꝝ vo lūtatē: sicut fit sepe. Et fm hāc viā intelligo Jo. de saronia in sua sū. ⁊ Jo. an. ⁊ do. Anto. ⁊ cōit moderniozes in. c. in ciuitate. q dicunt licite tales illud lucrū accipe. Et fm hoc loca Januę. mons florētie ⁊ inꝑstita venetiaruz sūt licita ⁊ sine vsu ra. Si vo cōitas nō hz redditus: vel si hz iam ex austit in ꝛctu supradicto vel alio mō. sic talis ciuis non pōt aliqd vltra sortē accipe sine vsura. q; qc qd accidit sorti in mutuo vsura ē. nisi affuerit iu stum ⁊ vere interesse qꝺ pōt extimari et ex dubio euētu fz ꝺditiones psonaꝝ ⁊ negociorꝝ fm Tho. fa Se. q. lxij. ar. iiij. Vnde dicit q; duplicit qs dā nificaꝫ. Primo mō cū ei auferꝫ id qꝺ a tu habe bat: ⁊ tale dānū ē restituendū fm recōpēsationeꝫ equalē. Secūdo mō dānificaꝫ impediēdo ne adi piscaꝫ qꝺ erat in via habēdi. ⁊ tale dannū nō oꝝ recōpensare in equali: q; minus est hr̄e aliqd vir tute q̄z hr̄e actu. Et ideo qui erat in via habendi aliquid habet illud solum in virtute vel potētia. Et ꝓpter ea si redderēt ei vt haberet actu. nō ha beret simplū: sed multiplicatū qꝺ nō ē de necessi tate reſōnis. Teneꝫ tñ aliquā recōpensationē fa cere fm ꝺditionē psonaruz ⁊ negocioꝝ. hec ille. Et sic pz qñ nō pōt poni interesse certū, p incerto vt dicit do. Anto. in. c. salubriter. de vsu. Et sic i tellige Aler. lō. sanctum Bernardinū cum simi libus qui tenēt nō licere sine vsura aliqd accipere Et hec bene no.

¶ Quid de spōte dātibus cōitati vt tale qd an / 78
nuati habeāt. ℟. Lau. de ridol. i suis ꝓctibus q; si. v. ꝛcurrāt q; lz. Primū q; redditus nō sit ex ceſſiuus sed ꝓueniēs. Secūdū q; redditus fiat de bonis ⁊ sup bonis cōitatis. q; si fieret relatio tñ ad psonā cōitatis eēt illicitū. Tertiū q; nō deꝫ fa cultas reſoluēdi ꝛctū, p maiozi vel minozi ꝑcio.

sed solū occurēti. Quartū q; tempus sit incertum qz si redditus ⁊ tpa foret certa. tūc vbi ect maior quātitas pcepta ex tpe q3 illa que datur ciuitati vi dereť ℞tus vsurarius. Quintū q; tales emētes nō sint vsurarij. istud ē verū quo ad ꝓsumptionē solū. Et ideo si vere emit in foro aie lz. Istis aūt nō occurrētib⁹ nō lz. Hec ē simile de coacte dantibus cōitan: qz de rōne vsure est vt ꝓmittať circa mutuū volūtariū nō violentū. Et ꝓpterea in talibus nō est rō formalis vsure. sed bene in ⁊stis volūtarijs qui intendūt mutuare nō emere.

79 ¶ Vtrū emētes iura ꝑfatoꝝ ciuium qui licite a cōitate certū gd annuatim ex redditibus ciuitatis recipiūt. vt dictū ē. sint vsurarij. ℟. q; nō fm. d. Anto. ⁊ Jo. de saxo. vbi. s. ℟ó qz emūt redditū in pecunia iā cōstitutū. Jtē idē redditus crescit ⁊ decrescit: nec est maior q3 redditus possessionis i mobilis. Jtē stat periculo emptoris ⁊ multa alia que vide in ℣e. de anch. in. c. vsurarū. de vsu. li. vi. q bis occurrūt. Limito tñ predicta vera nisi cōitas ipa notabilit lederet ex ipis emptiōib⁹ nisq; cū pupillo ꝓpareť. vt. l. rē publicā. C. de iure rei publice. Jdeo eius administratores non possent eā dānificare nec factuz eorum valeret in dānum rei publice. vt. l. ordinis. C. de decre. decu. ⁊. l. ꝑses. C. de transac. ⁊. l. ambitiosa. ff. de decre. ab or. fa. Jdeo nō valeret talis venditio nec emptio facta ab illis qui hoc sciunt sed tenerenť restituere totū qđ receperunt.

80 ¶ Vtruz liceat mutuare cōi meo vel alicui dño ꝓ aliquo officio habēdo. ex quo spero ꝓsequi magnū honorē ⁊ lucruz. ℟. fm Jo. de saxo. vbi. s. q; nō sine vsura. qz mutuās sic recipit exꝑesse ex mutuo vltra sorē. Ego tñ credo q; si ex officio ñ habeo ꝓseq. nisi lucrū qđ debito mō debeť tali exercitio cū nō possim illud hꝫe nisi mediāte mutuo si sū apt⁹ ad tale officiū exercēdū q; possū mutuum dare vt illud habeā sine vsura: qz qđ accipio lucri nō respicit mutuū sed exercitiū ꝓncipalit. lz secundario postea mutuum qđ lucrū secūdario sperare ex mutuo nō ē vsa. vt. s. dictū ē. §. i. Si tū ex statuto. vel antiqua ꝓsuetudine volēs hꝫe tale, offert tenereť aliqđ soluere. ⁊ vt talē solutionē cuitaret mutuū daret eet vsurarius.

81 ¶ Vtrū mutuās sup pignore aliquo cum tali pacto. q; donec debitor sibi restituerit pecuniam ipe creditor habeat fructus pignoris. ℟. q; vsurari⁹ ē. c. illo vos. de pigno. Et quid teneať restituere habes. s. pignus. §. xij.

Sura

ij. de eius. ꝓhibitiōe ⁊ penis tam ℣ vsurarios q3 ℣ fautores eoꝝ.

1 ¶ Vtꝝ vsura sit peccatū mortale. ℟. fm omnes tam theologos in. iiij. di. xv. q3 canonistas. i. c. qñ multi. xlvij. di. ⁊ in. c. sup eo. de vsu. ⁊ in mltis alijs locis q; sic. Mā vsura ē malū nō solū i se sicut homicidiū qđ posset ex aliqua circūstātia fieri sine peccato. vt in iudice seruato ordine debito ⁊ hmōi. sed etiā ē malū ex se. Et ideo cū nulla circūstātia pōt bene fieri de potestate ordinata etiā a deo. Et hoc ꝓbať. s. q; sit malus in se ⁊ fm se tali rōne: qz ē ℣ rōnē nālis ꝓpriētatis pecunie ad qđ sequit vlterius q; venditur ibi illud qđ nō ē. Et ħ ē rō phi. v. ethi. ⁊ ꝓmo pol. vbi ꝓbat q; ꝓpr⁹ vsus pecunie ⁊ ꝓncipalis ē eius ꝓsumptio siue distractio: qz ē tuinēta ad ꝓmutatiōes faciēdas. Et ideo fm se ē malū ꝓ vsu pecunie mutuate ꝑcium recipere: qz hoc ē vēdere bis. vel vēdere qđ nō est ⁊ ꝓbať ⁊ alia rōne fm Sco. in. iiij. di. xv. q. ij. ar. ij. sic. ⁊ Pecunia mutuo accepta trāsit i diuum debitoris ita q; fit sua. Et ideo magna ē inequalitas q; aliqs in re sui ꝓrimi lucrū querat cū nullū dānū inde qcqđ de re ꝓtingat icurrit. ℣ Multe alie rōnes assignanť a doctoribus. Sed q; sit peccatū mortale melius ꝓbať auctate diuine legis. Exechiel. xviij. ibi ad vsuras dantē ⁊c. ⁊ in ꝑs. xiiij. ibi qui pecuniā nō ⁊c. Ergo ex quo nō vinet nec habitabit in regno dei demōstrat eē ꝓcūm mortale. ꝓbibeť et Exo. xxij. Si pecuniū comodaueris ⁊c. Facit. c. sup eo. de vsu. Nñ si qs ꝓtinacit asserat vsuras exercere nō eē peccatū. vt hereticus ē puniēdus. ⁊ ꝓcedi ꝺz ℣ infamatos vel suspectos dehmō i errore: sicut ℣ infamatos de hereti. cle. ex graui. de vsu. Hec et de iure ciuili hodie ꝓceduntť. imo sūt ꝓhibite. vt no. glo. in. c. qđ dicam xiiij. q. iiij. ⁊ in. c. qz in oibus. de vsu. Quia ipa tor dicit se amplectere quattuor ꝓcilia. quoꝝ vnū s. nicenū eas ꝓhibet. in. d. c. qñ multi. vt in auť. de eccl̄ia. titu. circa ꝓncipiū. Jtē leges imitanť canones in mrimonijs ⁊ vsuris. vt in auť. vt cleri. apud ꝓpr. eꝑos. Duc. ij. q. iij. §. hic colligiť. ⁊ de no. op. nū. c. intellexim⁹. ⁊ in casu in quo videť ꝓmitti nō ē vsura. sed rōne interesse illud plus exigiť. Hec ob. deutronomij. xxiij. Non fenerabis fratri tuo sed alieno. qz in vera ira non habeť illud sed alieno. sed fuit ꝓ iudeos approbatū. aliter ℣ dicceret sibi scriptura. vt ꝑz Exo. xxij. ⁊ deutronomij. ij. Vel dic q; fuit ꝓmissio. sicut ⁊ libellus repudij ne maior malū faceret. vt ꝑz Isa. lvi. Jtē nec illud deutronomij. xv. Fenerabis multis gētib⁹. ⁊ ipe a nullo fenus accipies. qz ibi ponit ꝓsequēs ꝓ añcedēte quasi dicat tātā habūdantiā habebis q; poteris multis fenenari si volueris. ⁊ tu a nullo mutuari idigebis. Item nec illud. c. ab illo. xiiij. q. iiij. qđ itelligiť nō vsura. sed recuperatio debiti li vsura. Et sic lz dūmō nō sit scan

dalū. vt. ſ. patet. vſura. i. §. xxiiij. ꝛ. xlviij.

2 ¶ Vtrum liceat accipe ſub vſuris. ſ. vt colligo ex ſ. Ri. in. iiij. di. xv. q. v. ar. v. ꝛ Tho. ſa fe. q. lxxviij. ar. iiij. ꝛ Innoc. ꝛ Jo. an. in. c. dilectus. de ſymo. ꝛ ſ. Da. poſt Ho. in. d. c. ſup eo. ō vſu. Aug. ꝛ Archi. in. c. mouet. xxij. q. i. Qō aut ille q accipit ſub vſura. hoc facit ꝓ ope illicito. Et ſic nullo mō lz. imo ſm Archi. ꝛ Rodo. peccat mortali. Aut facit ꝓ ope licito. Et ſic diſtinguo q: aut tale ē extreme neceſſitatis. Et ſic lz Inno. in. d. c. ſup eo. q. ſi non poſſum inducere ꝓmū ad mutuandū gratis. ꝛ ego fame pibo niſi mutuet. q. lz mihi inducere eū ad mutuandū ſub vſuris vt maius malum euitet. ſ. homicidiū. Et lz ꝓma frōte videatur hoc dictū mirabile: ē tñ rōnabile. Nec ē hoc ꝓcurare peccatū: ſed voleti cōmittere peccatū pſuaſio ē. vt ſaltē min⁹ peccet. qō lz xiij. di. duo. Si aūt opus nō eſt talis neceſſitati extreme tūc ſubdiſtinguo. Aut ille paratus ē dare ſub vſuris. ꝛ ſic lz accipe ab eo ſub vſuris ſoluz ꝓ oi ope taliꝰ neceſſario. qō ſi omitterem notabilit dā nificarer vl notabilē paterer penuriā ego vel alt vl pp ſubuēcionē neceſſ tatis ſue vel alterius ſm Ri. ꝛ Tho. vbi. ſ. vel ſm Archi. vbi. ſ. etiā ꝓ ope vtili. er quo habeo ꝓſequi vtilitatem. vel ſm Moſt. ꝛ ſ. Da. Inno. Ant. de bu. Jo. de ana. in d. c. ſup eo. ēt ꝓ cī ope indifferēti ꝛ placet. q: ſm Aug. i ench. Deꝰ vtiloibꝰ petis ad aliqō bonuz ſic. ſil'r nos poſſumus. Aut ille non ē patus dare ſub vſuris. Et ſic nō lz inducere eū ad mutuā dū ſub vſuris. niſi cū pctō mortali inducēt: excepto caſu maioris mali euitandi. vt dictū ē ſm Inno.

3 ¶ Quibus penis ſubiciunt vſurarij. ſ. q⁹ vltra penas q⁹ puniunt a deo: ſi ſūt vſurarij manifeſti incurrunt multas penas a iure eis inflictas.

4 ¶ ſ. Prima ſūt infames infamia iuris. C. ex q. cau. iro. infa. l. ipſoꝛū. Vnde vt dicit do. An. in. c. Raymutius. de teſta. etiā de iure ciuili hodie ois vſurarius ē infamis. ꝛ ita dicit etiā notorie Bar. i. d. l. ipſoꝛū. ꝛ p hoc fuiſſe determinatū. q⁹ ſi frater meus ꝓſtituit vſurariū heredē. q⁹ ego poſſuz rūpere teſtm p q̄relā inofficioſi. C. de inoffi. teſt. l. fres. ꝛ q⁹ ſic de facto obtinuit ꝛ cōſuluit: multo magis ſūt infames de iure canonico. vt in. c. infames. iij. q. vij. ꝛ. vi. q. i. infames.

5 ¶ Secūda q⁹ ad cōionē altaris nō ſūt admittēdi c. q: in oibus. de vſur. Et intelligit abbas ꝛ ſeq̄t ſ. Da. in. d. c. q: in oibus. q⁹ nō debēt admitti ad eccleſiā. q̄n̄ celebrant diuina. q: aſſiſtētes i eccl'ia tūc dicūt admitti ad cōionē altaris ꝛ placet. vt cō ſuſi reſpiſcāt vt dicimus de excōicato. in. c. pta. de excep. li. vi.

6 ¶ Tertia q⁹ nō admittunt ad oblationes offerē dū. d. c. q: in omnibus.

¶ Quarta q⁹ ſi ſepeliāt i eccl'iaſtica ſepultura. d. c. q: i oib⁹. q̄ pena cū duab⁹ p̄cedētib⁹ ē lateraū. Scilij poſita i. d. c. q: i oib⁹. Et addit ibidē. q⁹ ſi q⁹ clerici⁹ ſuenerit. ſ. recipiēdo vſurariū ad cōionē vl oblationē ipō facto ē ſuſpēſus ab exercitiōe ſui officij ſm ſ. Da. i. d. c. q: in oib⁹. q̄n ſicut hoc verbū ſubiaccat iducit ſniaz ipō facto. vt not. gl. i. c. vnico. de iniur. li. vi. ſ. acit. c. ſi q⁹ ſuadēte. xvij. q. iij. Ergo fortius iſtud verbū manebit. ꝛ tādiu donec ad arbitriū ep̄i ſatiſfecerit. Et ſil'r in vſurarij s iſtigāt ipō iure ſm cūdē ſ. Da. in. d. c. q: cū i eo nullū verbum ponat p q̄ō ſnia hois exigat. Ber. Vo ꝛ Jo. ibidē vident tenē q⁹ nec ℨ clericos nec ℨ vſurarios irrogant ipō facto. Sz ꝓmū puto veri⁹. Sepeliētes Vo tales vſurarios ſūt excōicati ipō facto. vt in cle. eos. de ſepul. de q̄ ſ. excōicatio. vij. caſu. xxxv. niſi cauerint idonee ipi ſm qō infra dicā. vl ſi nō poterunt. ꝛ ſigna tñ ꝓtritiōis oſtēderint heredes eoꝝ inquātū heredi tas ſufficit. vt in. d. c. q̄z q̄z. no. de vſu. li. vi.

7

8 ¶ Quinta pena ē q⁹ nō p̄ſt recipi ad cōfeſſionē ſuoꝝ pctōꝝ donec de vſuris fuerit ſm facultates eoꝝ pleni⁹ ſatisfactū. vl idonee cautū illis gb⁹ debēt reſtitui vſure extorte ſi ſūt p̄ſtes. vel alijs qui p̄ſt eis acqrere. vl eis abſentib⁹ loci ordinario vl ei⁹ vicario vl p̄ſbro prochie i q̄ habitant vſurarij vl tabellioi de mādato ordinarij. ita q⁹ certa quātitas exp̄mat i cautiōe ꝛ manifeſta ſi appet. vel ſi nō appet mānifeſta exp̄mat illa quātitas q̄ ad arbitriū ei⁹ q. cautionē recipit videt. q ſi ſcieni minorē recepit tenebit ipe de ſuo: multo magis ſi nullā: hoc habeꝫ in. c. q̄z q̄z. de vſu. lib. vi. Et no. hic q⁹ noie idonee cautiōis intelligunt pignora vel fide iuſſores. l. ſi mādato ticij. §. fi. ff. māda. que ſi nō poſſent dare ſm Bar. ꝛ Jo. an. iurabunt ſe hoc dare nō poſſe ꝛ facturos qō ꝓmittūt. de ſen. exc. c. fi. §. illis. lib. vi. Aduerte ēt q⁹ illi q p̄ſt nobis acqrere ſūt filij quos habem⁹ i ptāte nr̄a. Itē ſerui ꝓpij. Itē ſerui in qbus habemus vſufructū. Itē ſerui alieni quos bona fide poſſidemus tan q̄z ſeruos. vt inſti. p quas pſo. no. acq. §. i. ſ. Dño curatoꝛ ād dño abſenti hanc pſonalē obligationē nō acqret p. l. quēadmodū. ff. d acq poſ. ꝛ. l. gnālis. ꝛ. l. q⁹ meo. eo. ti. ſm Bar. ꝛ Jo. an. in. d. c. q̄z q̄z. Itē no. q⁹ loci ordinariū ſm Jo. an. vbi ſ. in'elligo ep̄m de iure. ꝛ idē de decano archip̄bytero vel abbate q alꝫ de cōſuetudine iuriſditiōnē hr̄et i ſpūalibus i loco in quo vſurarius degit Itē qō dicit de rectore prochie i q̄ vſurari⁹ habitat: multo fortius itellige de rectore prochie debitoris leſi cū ſit q̄ſi iudex ꝛ miniſter ei⁹. ſm Bar. ꝛ Jo. an. ff. acit. l. eū. ꝓ quo. ff. de in ius vocan.

Item scito q̄ p̄ hoc q̄s dicit de mādato ordinarij ar̄guit Jo.an. q̄ tabellio i b̄ casu nō acq̄rit actiōz ex̄neo ex sua stipulatiōe: nisi faciat istud de māda to ordinarij. Et hec bñ nōbis ℨ multos ꝓfessores.

9 ¶ Sexta pena ē q̄ nullus dz interesse coꝛ testa/mēti, nisi satisfecerit. vt dictū ē i precedenti. q.d. c.q̄zq̄z.

10 ¶ Septima pena ē testamēta coꝛ sūt nulla ipso iure si nō satisfecerint. vt dictū ē.d.c.q̄zq̄z.

11 ¶ Sz nūqd idē est de codicillo sicut de testō. ℟. Bar. ⁊ Jo.an. ibidē. q̄ sic. ⁊ de q̄libet vltia vo/lūtate alia. vt pz ex p̄ncipio.d.c.q̄zq̄z. q̄ large co dicillus testatio mētis dicit. xiij.q.ij.§. ſz aliud.

12 ¶ Sed qd si facit testm̄ ⁊ postea cauet idonee. vt s. dictū ē nunqd valebit. ℟. Bar. tenuit q̄ non p regulā nō firmaꝛ. de reg.iur.li.vi. q̄ ab initio nullū fuit. Sed magis plz opi. Jo.an. q tz q̄ suf ficit q̄ ante mortē cauerit idonee. Nō q̄ testm̄ cō firmaꝛ in morte. Itē q̄ oia iura fauēt testamētis l.i.C. de sa.san.ec. Facit in ar.l.i.§.ij.ff. de leg. iij. Vbi legata ad pias cās relicta facta a filiosa. ⁊ a seruo. Iz tpe testi ispecti nō valeāt: si tñ emāci paꝛ vl manumissus pseuerat i eadē volūtate va lebūt. Itē accipe cautionē ē q̄ncūq̄z accipe: sicut ⁊ dare ē q̄ncūq̄z dare. i.q.i. cos. ⁊ prefata regula nō firmaꝛ de solo tractu tpis loquiꝛ.

13 ¶ Octaua pena ē q̄ nulla vniuersitas vel colle/giū vel singularis psona. vsurarios nō oriūdos de terris ipoꝝ exercētes vel exercere volētes pe cuniā fenebrē p̄mittāt habitare in terris ipōrum sed q̄ expellāt nūq̄z de cetero admittēdo i.c. vsu rarū. de vsu. li.vi. Et icurrūt penā iterdicti vni/uersitas vel collegiū. Epi vero ⁊ supiores suspē sionis. Epis inferiores ecclesiastici ercōicationis ipo facto. si domos p̄fatis ad exercendū fenus lo cauerint vl subl̄ cū q̄z alio titulo ꝓcesserit: et vēdi tiōis ſm Jo.an. quā penā si p mēsem sustinuerit indurato aio terre coꝛ q̄ziu in ipis morauꝛ sūt ipo facto interdicte. Alij laici debēt p ercōicatio/nē ad hoc idē ꝓpelli. nō obstāte quocūq̄z coꝛ p̄ui legio. Et d̄ hoc vide. s. ercōicatō. vij. cāu. xxxij.

14 ¶ Sed qd dicemus de dñis ⁊ cōitatibus q̄ ꝓce/dūt iudeis vt possint exercere vsuras ⁊ locant eis domos ⁊ faciūt ꝓuentiones cū eis sup vsuris exer cēdis. ⁊ vt iudices cogāt debitores ſm ꝓuenta ⁊ hmōi. ℟. d. Andreas barbatius ⁊ ℣ Dau. de ca. ꝓfilio. cccl.xxvi. ⁊ ℣ De. de anch. ꝓfilio. cc.xxx. ⁊ q/dā alij conati sūt tenere q̄ licite facere poterāt. dū mō auctas seu licentia ab ordinario obtineaꝛ. Et hoc q̄ accedit ad bonū cōe totius rei publice. Itē q̄ sic ē ꝓsuetudo de cuius initij memoria non exi stit ꝓriū. ⁊ tollerātia romanoꝝ pōtificū ꝑsertim i terris tpaliter ecclesie subiectis. ⁊ ideo videt vale re. Item q̄ ista ꝓcessio nō ē peccati nutritiua ex pte x̄pianoꝝ. vt in.c. sup eo. de vsu. Ex pte vero iudeoꝝ nihil nobis de bis q̄ foris sunt. vnde dicit ter.in.c.q sincera. xlv.di. supuacue rei videt da re operā qui arcere nitit iudeos a peccato vt pote dānatos ꝓpter pfidiā. Et iō tolleranꝛ in coꝛ riti bus. Hec sūt in sūma coꝛ motiua. Sed salua co rū reuerētia demōstrabo q̄ nedū vere sed aperte erronee ꝓsiluerūt. Vnde ꝓ clariori intelligētia no. fm Birar. de senis. ⁊ referr Jo.an. in mer/curialibus. in regula peccatū. li. vi. q̄ tripler ē p/missio ℨ legē. ℣ Prima simpler indulgēs penā so lū. sed nō culpā. Et hoc mō permittit ecclesia, psti bula pp maius malū seu peccatū cuitādū. vt in.c. deniq̄z. iuncta glo. in verbo venia. iiij. di. ⁊ in.c. veniēs. iūcta glo. fi. qui cle. vel vo. Secūda per/missio ē tollēs impedimētū. ⁊ isto mō ecclesia tol lerat ritus iudeoꝝ ꝓhibēs x̄pianis ne eos ipedi ant. d.c.q sincera. ⁊.c. sicut de iudeis. Tertia per missio ē pstās iuramē fm quē modū ecclesia per mittit clericū occidi a seculari iuste. q̄ eum degra dat ⁊ tradit. vt in.c. degradatio. de penis. lib. vi. Et de hac habes in.c. nonimus. de verb. sig. ⁊ p me cor. v. ℣ Prima fit pp maiꝰ malū euitādū. Se cūda pp bonū q̄ in de ꝓseq̄ sperāt vt. s. iudeos tol lerando lucrari possit. vt in.d.c. qui sincera. ⁊ vt nobis veritas in eorum ritibus fiat. not. vt dicit Aug. Tertia vero nō pōt fieri nisi de eo q̄s licī/tū ē. Mā licitū ē q̄ maleficia nō remanēāt ipuni/ta.c. vt fame. de sen.ex. ⁊ in.l.ita vulneratus. ff. ad.l.aquil. Ideo merito tradit clericū. Francis/cus in.ij.sen. dicit q̄ duo sunt genera maloꝝ. vt dicit glo. super illud ab occultis meis munda ⁊c. Quedā sunt nr̄a que a nobis oriunt. ⁊ his nullo mō ꝓsentire debemus nec directe nec indirecte. Quedā vero sūt aliena que fiūt ab alijs. ⁊ his nū q̄z ꝓsentire debemus directe ꝓsensu approbatio/nis. Aliq̄n tñ Iz ꝓsentire indirecte ꝓsensu pmissi onis: sicut deus pmittit aliqua mala ex cā rationa bili. Sine vero causa rationabili nō Iz. Vnde di cit q̄ recipere mutuū sub vsuris ex rōnabili causa puta necessitatis vel vtilitatis Iz. al's non. hec ille. Ex quibus ego concludo ad questionem q̄ tales peccant mortaliter. ⁊ sunt excommunitati ⁊ tenē tur ad restitutionem omnium vsurarum ex tali cō uentione solutarum si iudei non restituēt. Nam licet principes ⁊ cōitates possint permittere vsu/rarios p̄ma pmissiōe. vt tenet Bal. ⁊ Bar. in.l. cūctos populos. C. de sū. tri. q̄ tñ ego nō admit to simpliciter: q̄ maius malū ē vsura que ē peccati mortale q̄z q̄libet damnū tpale vel corporale q̄ euitaꝛ ꝓpter vsurā. Et ideo nō pōt pmitti ꝓpter maius malum euitandum. Solū ꝓcederē dictum

Bal. ⁊ Bar. qñ maiora peccata si nō ꝓmitteren
tur simplicit habeāt ⁊ ꝓsequi. vtputa homicidia ⁊
hmōi. Als ñ credo excalsent ⁊ simplr ꝓmittēdo.
ar. c. post miserabile. co. ti. vbi ꝓcipit eis vt cō/
pellāt iudeos restituere vsuras. Ergo a fortiori.
ne exigāt, puidere tenent. Mā facilius ipediunt
faciēda q3 tollerent iā facta. vt in. c. quēadmodū
de iureiur. ⁊ l. pre fur ioso. ff. de his q sūt sui vel
alieni iur. Mlibilomin⁹ ꝓmissiōe fa ꝓmittere nō pos
sūt cū nullū bonū sequat. imo multa mala. vt p3
vltra experientiā. p. c. vsuraꝝ. de vsu. li. vi. Et
multo minus ꝓmissiōe tertia. vt ē in ꝓposita. q.
Mā nullus pōt peccatū cōmittere seu coopari vt
ꝓmittat, p quocūq3 bono obtinēdo seu malo cui
tādo ab alio. c. sup eo. de vsur. ff acit. c. i. xxii. q.
ij. ⁊. c. forte. xiij. q. v. ⁊. c. qđ ait. xiiij. di. in glo.
⁊ in. c. nō magno. ne cle. vel mo. Liceret bñ ali/
cui qñ cidē ipponere necessitas duoꝝ maloꝝ pe/
ne sed nō culpe. Itē liceret volēti facere vnū de
duobus malis culpe ei psuadere vt minus faciat
⁊ maius dimittat sed nō tertia ꝓmissiōe sed solum
ꝑma ⁊ secūda. Intelligo qñ alit nō posset ꝓpesci
qn vnū faciat. als nō. ⁊ ita loquit. c. duo. xiij. di.
Et iō cū tales ne dū ꝓsentiant imo coopant vsu/
rarie p3uitati exercēde. p3 q. peccāt mortaliter ⁊ ēt
sūt excōicati. ex quo paciscunt cū iudeis vt possint
exigere vsuras: aut q. eis iusticia fiat. de vsuris
exigēdis. multo magis si ad hoc interponunt de
cretuꝝ. Talia enī pacta vel decreta facta ab illis q
habēt potestatē ꝓdēdi leges vel statuta dicunt le
ges vel statuta. vt i. l. pe. §. ille. ff. de do. inī vi. ⁊
vt. ⁊ i. l. cessar. ff. ꝺ publica. ⁊ vtrobiq3 p Bar.
⁊ p eundem Bar. in. l. iiij. §. actor. ff. de re iudi.
Nō q3 faciētes talia pacta nedū intēdūt se obliga
re. imo ꝑncipaliter volunt obligare oēs de ciuitate
⁊ districtu. ⁊ obligant ēt illi q nō assensernt. Er
go sūt statuta cū ex pactis meris nō obligent: nisi
ꝓsentientes. vt in. l. i. ff. de pac. Sed statuētes vt
ꝑsumētes iudicare q. vsure soluant sūt excōicati.
cle. i. de vsu. q cū indistincte loquat̄ b3 locū etiā ꝺ
decretis factis cū iudeis. vt tenet Landun⁹ ibidē
cū glo. ⁊. d. Lar. ⁊ Jo. ꝺ imo. ff acit qđ no. Be
mi. in. c. i. de vsu. li. vi. qui vult q. pene eiusdem
c. ligāt etiā locātes domos indeis. ⁊ idē tenet. d.
Lau. de rido. i tractatu. de vsu. q. clvi. Et q. te
neant ad restitutionē patet. q. causam efficacem
dāt dāno ꝓximi ⁊ sine qua nō damnificarentur.
ideo tenent insolidū si illi nō restituent. vt p3. §.
restō. i. in verbo vsurarius. §. viij. Aduerte tñ
sm Laudunū ⁊ Jdan. in cle. i. de vsu. q. si supra
dicti, phiberēt ne maiores vsuras exigerēt dum
nō ꝓsentiāt de minoribus nō incurrēt penā excō
municatiōis. Et sic tu serua qđ. §. dixi. vt etiā cō

soluit. d. Ale. ꝺ neno. Vincētin⁹ ⁊ multi ꝑclario
res doc. in scia ⁊ ꝓscia q3. §. allegati. q ꝓsoluerūt
ꝓriū. Nec ob. eoꝝ motiua. Et primo auctoritas
ep̄i. q. nō pōt dispensare ꝺ ius cōe editū p sacruꝫ
ꝓciliū. nisi ex cā necessaria ⁊ verisimilit non pco
gitata p sacruꝫ ꝓcilii. ua. no. Bal. in. l. oēs ppli.
ff. de iusti. ⁊ iur. ⁊. §. dixi dispēsatio. §. v. q nō ē
hic in ꝓposito. ⁊ multo minus obstat ꝓsuetudo.
cū sit corruptela qñ ꝓtinet in se peccatuꝫ. c. magi/
cia. xxxij. q. vij. Nec tollerātia sūmoꝝ pontificū.
Mā papa nō pōt dispēsare cum aliquo etiā iudeo
vt mutuet sub vsuris. d. c. sup eo. quia vt ꝓbaui
vsura. ē malū in se ⁊ sm se. Et ideo, p nullo bo/
no pōt licere. vt in. d. c. sup eo. p3. Adulto mīn⁹
pōt coopari ne q3 auxiliū dare vt vsure exigant:
qr agētes ⁊ ꝓsentiētes digni sūt morte. ad ro. p/
mo. Si ergo non pōt exp̄sse nec etiā tacite. Et iō
de tali tollerātia dr. qđ permittunns nō approba
mus. c. hac rōne. xxxi. q. i. Et sic dr etiā multa p
pacientiā tollerant. q̄ si in iudiciuꝫ deduceremus
cassarent. c. cū iā dudū. de pbē. Nō ob. etiam q
nil ad nos ptinet. de his q foris sunt. c. multi. ij.
q. i. qr hoc vcꝝ nisi in duobus casibus. Ꝺminus
qñ illi q sūt foris ledūt xp̄ianos. vel iniuriant eis
qr sic ptinet ad ecclam. Ita no. Inno. ⁊ doc. in
c. sup his. de voto. ⁊ Mo. ⁊ Jo. an. ⁊ cōit alij in
c. gaudemus. de diuortijs. q si infidelis delingt
ꝺ legē nature vel ꝺ ius diuinū pōt puniri a iudi/
ce ecclesiastico. Et sic ē in ꝓposito. Et iō ipedit se
ecclesia. vt p3 in. d. c. post miserabile. Secūdus
casus in quo nō valet ē qñ coopamur alicui coꝝ
i peccato. qr ptinet ad nos. sicut ēt in ꝓposita. q.
Intelligit igit ꝓprie nihil ad nos sm gl. in. c. iu
dei. de iudeis. s. vt eis penā spūalē infligamus.
vel vt faciamus eis canones: aut xp̄iānā ꝓuersa
tionē iponamus eis inuitis. c. de iudeis. xlv. di.
Ꝓterea si attēdas totū titulū de vsu. tam i decre
talibus q3 in. vi. ⁊ cle. ecclesia nō tollerat aliqua
tollerantia vsurarios: nec vult tollerent a ꝓncipi
bꝰ xp̄ianis. vt p3 i dictis. c. post miserabile. ⁊. c.
vsurarium. imo q. vsure exigant a xp̄ianis p iu/
deos ē valde ignominiosū. cuꝫ xp̄iani sint filij. ⁊
angarient a iudeis q sūt sui. c. ⁊ si iudeos. de iu/
